¶IN LIBROS aliquot pauli Aeginetæ,

hypomnemata quædam, ſeu obſeruationes medicamentorum, quæ hac ætate in vſu ſũt per Georgium Edrychum medicum pro iuuenum ſtudijs ad praxim medicam, collecta.

LONDINI
Apud Tomam Eaſt.
1588.

ILLVSTRISSIMO VIRO D. Gualtero Myldmaio, Reginæ ſeriniſs. a conſiliis prudentiſs. Georgius Edricus Medicus ſalutem optat perpetuam.

IN omni diſciplinarum genere, honoratiſsime vir, eos optime proficere comperimus, qui in antiquiſsimis ſcriptoribus accuratiſsime verſãtur, & ad eos præcipuè omnia ſua ſtudia referunt. Qua quidẽ in re, ſummus Dei optimi max. fauor erga genus humanum non ſine certiſs. eiuſdẽ ꝓuidẽtia enituiſſe videtur, ꝙ quo antiquiores ferè ſunt authores omnes, eo ſint omnium calculis ac ſuffragiis præcæteris magis amplexandi: Superfluum eſt commemorare hic, Euclidem in geometria, Ptolomæum in aſtronomia, Platonem, Ariſtotelem, in philoſophia, & alios quoſq; in quauis arte vt vetuſtiſsimos, ita præſtantiſsimos:

Cum in re medica quam hoc in loco tractare viſum eſt, Hyppocratem, Galenum, Alexandrum, Paulum, Actium, Oribaſium, omnes medicinæ cultores, ſe præcipue imitari prae ſe ferant, quod vt ſunt antiquiſsimi, ita artis clariſsimae fundamenta iecerunt, atque etiam in eadem aliis fere omnibus praeluxerunt, vt licet permulti hac ætate, ac etiam ex maioribus noſtris rei medicae magnam lucem addiderint, & multa perneceſſaria remedia inuenerint, nullus tamen fere extiterit, qui omni ex parte cum veteribus illis ſit conferendus: Siue quod dei benificium hoc erga nos eluceſceret maximum, vt quibus primum preclariſſimarum artium notitiam indidit, eoſdē peritiſsimos faceret, ſiue quod poſterorum ignauiam excitandam decreuit, vt eorum veſtigia imitando, ipſa artium culmina & faſtigia attingerent, quod equidem

quidem cum multos his tẽporibus diligẽtiſsime praeſtitiſſe animaduerterim, & in exercendis medicinis dum ſingulis morbis remedia admouent, antiquorũ methodũ faeliciter ſequãtur, viros doctos et cordatos, hos meos conatus æqui bonique cõſulturos, confido. Nam cum medicamenta nõnulla quae ex immenſo quodam aceruo praeſtantiſsima elegerim & annectãda curauerim ijs quae apud Paulum ſunt, vt in procinctu quis habeat & ad manum, quod cuiuis fere morbo ſatis ſit profligando, illis praecipue graecè aut latiné perlectis quae Paulus ante docuit, non alia ratione putaui iuuenes excitari poſſe, ad probatiſsimum hunc ſcriptorem, aſſidue manibus terendum (quem ſane graecé & latine a doctioribus legi percupio) quàm vt hanc noſtram appendicem in ſtudioſorum iuuenum gratiam adiice-

rem. Nam lōgos illos Galeni λόγους omnibus percurrere non vacat, & id fortaſſe præſtare nō cui' facile, niſi ijs qui cū adoleſcētes eſſēt, & genua (ꝙ aiunt) virebant, hac in re ſtrenuam operam nauarunt: quales ego quam plurimos, ante annos plus 40. cognoui D. Chāberum, Owenum, V Vendæum, Clementem, V Oottonum, Freerum, & alios etiam præſtantiſsimos ac periſsimos medicos qui etiamnū viuunt, & quibuſcū mihi magna familiaritatis neceſsitudo intercedit, quos hoc loco nominare nequeo, ne palpum videar viris doctiſsimis obtrudere, quorum tamen elimatiſsimis iudicijs, ego hęc colectanea noſtra libentiſsime ſubmitto. Quod autem munus hoc leuidenſe tuo nomini nuncupare in animum induxi: Primū magna amplitudinis tuæ in me benificia prouocarunt, deinde

fauor

fauor ille tuus quo adeo proſequeris bonarum literarum amatores, vt in eorum etiam gratiam Collegium Cantabrigiæ ſpecioſiſsimum erexeris. Poſtremo vt omnes intelligant exorituros in poſterum quàm plurimos, qui vbi ex tuo alueario, veluti apes ſedulæ, mel diſciplinarũ ſuauiſsimũ collegerint, omni te officiò et amore proſequentur, & multo me melius, tuum nomen, ſcriptis ac monumẽtis ſuis ipſi æternitati conſecrabũt. Ego qui iam admodum ſenex ſum, nec multum præſtare poſſum, ſat habeo ſi exẽplo meo alios incitem, vt tibi perpetuo mortales gratias agãt, quod ſtudiis bonarum artium promouẽdis tantas ac tã magnificas impenſas præſtiteris, quantas vix alium quenquam noſtra hac memoria feciſſe vidimus. Dominus Iheſus te nobis diu incolumem ac ſaluum eſſe velit.

Τῷ ἐπισάτῃ τῆς συνόδου ἰατρικῆς, καὶ τοῖς
ἄλλοις ξυνάμα πᾶσι λονδονιαίοις ἰατρεῦσι
τοῖς ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμωτάτοις,
Γεωργιος Εδερῖχος, εὖ
πράττειν.

Τῶν ἤδη διελθόντων τεσσαράκοντα τριῶν καὶ μηνῶν τί πρός, ὦ τιμιώτατοι ἰατρεῖς, συνέβη, μοι μειρακίῳ ὄντι, καὶ τότε τῆς καλλίστης τέχνης κλῆρον λαχόντι καὶ κατηριθμημένῳ σὺν τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς ὀξονιαίοις, ὀλίγον τινὰ χρόνον ἐν τῇ πόλει ταυτῇ, διατριβὴν ποιήσασθαι καὶ τῆς πραξικῆς, ὥσπερ θεμέλιά τινα προβάλλειν.

Μεθωμίλουν οὖν τότε τοῖς ἐπὶ λόγοις μάλιστα εὐδοκίμοις ἀνδράσι πολλοῖς μάλιστα δὲ τῷ Οοθόνῳ, κλεμέντι, καὶ Φριέρῳ ἰατροῖς πάνυ ἀρίστοις, οὓς διὰ τιμῆς ἤγαγον μεγίστης, ὅτι ἐπὶ ἑλληνικοῖς λόγοις εἰς ὑπερβολὴν ἐμφανεῖς ὑπῆρχοντες, καὶ παντελῶς ἐλλόγιμοι ἐμοὶ τότε τὴν ἑλληνικὴν γλῶσσαν ἐν Ακαδημίᾳ δημοσίᾳ διδάσκοντι πολλὴν εὔνοιαν ἀπένειμαν. Νῦν δὲ πάλιν κομιδῇ γέρων τυγχάνων, καὶ τῆς ὁμοίας εὐτυχίας ἤδη ἀπολαύσας, δίδα χάριν ὅσην μεγίστην παντοκράτορι θεῷ, ὅτι ὑμῖν ἀνδράσιν ἐλλογιμωτάτοις ξυμβιοῦσθαι, παρέδωκέ μοι.

Τοιγαροῦν

τοιγαροῦν τῆς ἐλπίδος, ἔχω καλως, ὅτι και τῆς ὑμῶν ἐυνόιας εὖ μεθέξω, (ἧς δὴ ἐπετυχεῖν πάνυ ἐπίθυμῶ) εἰσὶ γὰρ (τὸ λεγόμενον) ἅι τῶν μουσῶν πύλαι, ἀεὶ ἀνεῳγμέναι, κὰι (μοι δοκεῖ) ἔμφυτος εςί πως τοῖς εἰς ἄκρον τῆς παιδείας εξελειλακόσιν φιλανθρωπία. Επειδὴ δὲ νῦν πόῤῥω τῆς ἡλικίας ἐγὼ προβεβηκὼς, και γερόντιόν εἰμι ἀχρεῖον, και τὰ τῆς τελευτῆς μου μελετᾶν ἀνάγκη μοι πᾶσα ἐπίκειται, τό τελευτᾶιον δὲ μετὸ πολύ ἐυθύνας μέλλω διδόναι μκροῦγε ταλάντου, οὗ ὀλιγώρως εἶχον τοσοῦτον χρὸνον, ἐν τῶ βίῳ μάτην ἴσως πεπονηκὼς: ἐγνὼκα ὀλίγα ταῦτα ἐπιτηδεύματα, ἢ (ὡς ἂν εἴποι μι) ἐπιγενήματα ἢ σχόλιά τινα εἰς τὸν Παῦλον Αιγινέτην ἐκτυποῦν, και εἰς τ' οὐμφανὲς ἄγειν, ὅπως ἂν τοῖς νεανίσκοις τοῖς πὲρὶ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐσπουδακόσιν ὀνησιφόρον τι, και τὸ ἐν χάριτι γενησόμενον, ἐκτελεσω. Αντιβολῶ γοῦν ἡμᾶς ὦ πάνυ φιλάνθρποι ἄνδρες, συνεπιλαμβάνεσθαι μοι του ἔργου τούτου, τουτέςι ἐπανορθοῦν πανταχοῦ τὰ μὴ ορθῶς ἔχοντα, κὰι μετὰ παῤῥησίας τὰ πλημμελήματά μου ἐπιδείξειν. Ακριβῶς γαρ ἐμαυτὸν πέπεικα ὅτι ἄμεινόν ἐςι τῶν φίλων σοφῶν ἐπίπληξιν ὑπομένειν, ἢ τῶν πρὸς χαρίν λαλούντων τοὺς ἐπάινους ἐπακούειν. Τῶν γὰρ ἄγαν φιλούντων τοῦτο τεκμήριόν ἐςιν ἐμφανὲςατον. προς τὸυτοις δε ἱκετεύομαι ὑμᾶς, και τὸυς φιλιάτρουσγε σύμπαντας, τὰ χαριςήρια ὅσα μέγιςα μετ', ἐμοῦ εἰδέναι, τῷ Μικοινᾶτι μοῦ, τῷ ἐντιμωτάτω, τῶ Ουαλτερῳ μιλδμάῳ τῷ πανταχοῦ φιλομούσους ξὺμπαντας ἀγαπῶντι, μαλιςα δὲ τοὺς ἐν τῆ Καντα-

βριγίᾳ

βριγίᾳ φιλομαθεῖς περι πλεῖστα πονοῦντι, και πολὺ πλῆθος τῶν σχαστικῶν σπουδαίων, και τῶνγε νῦν βιούντων, και τῶν εἰς ὕστερον γενησμενων, συντρέφοντι. Τὸ τελευταῖον δὲ, Γνορίζω σαφῶς ὅτι ταῦτα, μοι πρός τὰ τοῦ παύλου προστιθέντα, ὀυ πολλοστημόριόν ἐστὶν ὧν ἴσως συνεπιγράφειν καλῶς ἂν ἦν ἔχον. Ἀλλὰ ὀυ πρέπειν ἡγησάμην εἰς ὄυδὲν δέον τοὺς λόγους μακρύνειν, ὅταν ἀυτὸς πανταχοῦ ἐξεπιτηδὲς τῇ βραχυλογᾳ ἐχρήσατο.

ἔῤῥωσοσθε.

Gᵉ ōō Rals Creatr
tote mang
beast

G. E.

VT docuit gentes paulus ter maximus ille
Sacram, chriſticolis inſtituitq; fidem,
Vnus ſic Paulus, medica celeberrimus arte,
Curare integré corpora noſtra, docet,
Ille quidem ex vtraq; ſimul fit parte beatus,
Corpore qui pariter, menteq;, ſanus erit.

Εθνη πὰντ' ἐδίδασκε καλῶς, τρίς Παῦλος ἄριστος,
τὴν, εἰς χριστὸν πὰντοθε πίστιν ἔχειν.
Παῦλος δ' ὢν ἰατρὸς πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,
τέχνη γ', ἓυ πράττει σώματα πάντα, καλῆ.
Ολβιος, ὅστις ὁμῶς ψυχὴν και σῶμ' ὑγιαίνει,
Καί μέρος ἀμφότερον γ', ἓυ θέμενος μὲν ἀν ῆ.

D.S.ad G.Edricum.

Qui ſtudet auctthores, rectè illuſtrare vetuſtos
Huius conatus, conſiliumq; placent.
Ergo, Edriche, tuos videoq; proboq; labores,
Sic Iuuenum ſtudiis, pergefauere, bonis.

D. T.F. Ad Lectorem.

ὦ ξεῖνε, ξύνες ἢ λεγω, (σέγ' ἀξιᾶ)
Ιατρὸς Εδρῖχος λακονίζει σαφῶς,
Παύλου λόγοις Αιγινέτου τοῖς βραχέσι
Τὰ βραχέα προσθεὶς ὁσ' ἐσὶ φάρμακα
Αρισα, συντόμως ἄμφω δοκοῦσι μοι,
Τέλος τῆς πρακτικῆς ἐφικέσθαι καλῶς.

D. C. Iohn.

PAulus vt etharſo mentes,ita corpora ſanat,
Paulus ab Ægina,medicus preclarus vterq;
Ille bonus verbis,bonꝰ iſte ſalubribus herbis
Ambo viri illuſtres,ſed quos(niſi gnoſia ſumas
Fila manu) obſcuro cõcludit Dædalꝰ antro.
Ergo opus eſt mõſtrãte viã: quã grãdior æuo,
Edrichus cum laude facit pro parte ſecunda,
Æginëta tuos explanans ordine libros.
Tharſenſẽ Paulũ quibus hæc prouincia curæ
Exponãt alii ſimili cum laude fideq;. (eſt,

¶

D. Ed. Atſ.

MVltũ Paule tibi debet medicina, q̃ ipſã,
Perſpicue, mira dexterita:e doces,
Addere q̃ tibi Paule deeſt non infima laus eſt,
Edricus ſumma hoc, dexteritate, facit.

D. Rich. Foſt: ad G. Edricum.

PAulò deterius Paulum fecere recentes,
Paulò dexterius te duce Paulus habet.
Paulò quã multum præſtabat reddere Paulũ,
Cum breuis eſſe ſtudet Paul⁹, id ipſe cup:s,
Ipſã rem ſequeris bene non velut Ixion vm-
Iunonem captans incìdit in nihilum. (brã
Iratas habeam muſas niſi ſint tibi lætæ
Cum tam dulce melos te reſonare vident.
Optarem Paulum te conuertiſſe Latinum,
Si velles poteras, gratius eſſet opus
Nec tamen ingratũ q̃ prebes munus habetur.
Dum veterum praxi, iungitur iſta recens.

T. Edrichus ad lectorem.

OMnia quis poſsit? ſatis eſt dare pharmaca
Pl°(aiũt) toto dimidiũ eſſe poteſt. (pauca.
Præceptis Pauli primũ inſtituaris oportet,
Poſt, hæc appendix cetera, parua, docet.
Eſt alter doctus, tibi qui chirurgica tradat
Explicet, et reliquos perficiatq; libros.
Omnibus vt proſit, ſcio deſudaſſe parentem,
Vt quadrent priſcis pharmaca noſtra noua.
Scriptorũ veterũ Hippocratis, Pauli atq; Gale
In iuuenũ manib° ſint monimẽta petit. (ni,
Dixerit hic aliquis? quid nunc ætate ſenili,
Dum venis rigidis dura minerua fluat,
Scribere conatur? Laudetur prompra volũtas
Efficere, vt pateant abdita multa, cupit.
Vt gaudet numeris, et dicere cuncta iuuẽt°
Ornatè, rebus lectaq; verba dare.
Sic ſenibus cordi eſt, ſua dicere lingula preſſè
Mens, quibus et ratio, conſiliumq; vigent.
Corrigat aut mutet, vel pollice, lector vtroq;
Approbet, aut taxet, det meliora, placet.

Εἷς θεὸς καὶ τηγε ἀγαθῇ τάδε πάντα γενέσθω
ζῇν μονὴν οὐχ ἥμιν, ἀλλὰ πατρίδι καλὴν.

Errata ſic corrige. numerus prior paginam: ſecundus numerus lineam notat.

In A 8 b lin. 12, lege ἐφικέσθαι
In B.i.a.linea 10 lege ex.
In B.2.a.lin.2.lege Hypomnemata.
B.3.a.li. 13.lege vnius.& in 27 lege ſorbitionē
B.3.b.lin.1.lege factam.
B.5.a.lin.12.lege tepidus ſuccus.
B.5.b.lin.9.poſt mulſa.lege bibatur.Succus.
B.6.a.lin.19.leg.Rec.ſyru.& in 27.le. παλαιᾶς
B.7.a lin.7.lege graminis
B.7.b.lin.2,lege inunctione.
B.8.a.lin.2.lege ἐμβαλέσθω
B-8.b.lin.3.lege de non.
B.8.b.lin.21.lege mercurialis,
C.1.a.lin.20.lege lactucæ.
C.3.b.lin.10.lege pillularum.
C.4.a.lin.4.lege febre.
C.4.b.lin.13.lege M.1.ſs.
C.6.a.lin.21.lege cum oxi.&c.
C.7.b.lin.8.lege Rec.abſinthii.
C.8.6.lini.22.lege fere nunquam
D.1.a.lin.16.ſege vigore.
D.1.b.lin.12.lege ana.
D.1.b.lin.25.lege odoramentum,

D.2.a.lin.15.lege excorticati.
D.2.b.lin.22.leg.corticis.li.2.le de ἡμυτριταίω
D.3.a.lin.12.lege ægrotasse.
D.4.a,lin.22.lege istæ.
D.5.a lin.23.lege aquæ cardui.
D. 8.b.lin.21.lege ἐλάιω ἑψομενον
E.1.a,lin.26.lege vigoris.
E.2.a,lin.3.lege fiat.lin.5.leg.excitet.
E.3.a,lin.1.lege κάθαρσις
E.4.a.lin.27. lege ℥.4.
E.8.a,lin.2,lege cassiæ.
E.8.a,lin.25,lege ℥.1.
E.8.b,lin.28,lege Rec.
F.2.a,lin.4.lege hypocistidis.
F.4.a,lin.15.lege aliud.
F.8.a,lin.6.lege in puluerem cras.
F.8.a.lin.17,lege fomentatione facta.
F.8.a,lin.2.lege Seminum.& ibid.lege anisi,
G.1 b.lin.24, lege dosis sit ℥.1.E.A.
G.6.a,lin.16,lege curandis,
G.6.b lin.3,lege citri,ana,
G.7.a,lin.23,lege ὀξυπόριον
G.7.a,lin.21.lege ἐμπνευματώσεις

Georgius Edrichus medicus candido lectori,

εὖπραξίαν.

Vm aliquot ab hinc annis in mentem mihi veniret, vt obſeruationes quaſdã in Paulum Æginetã conſcriberem, tum vt meis ſtudiis in re medica optime cõſulerem: tum vt aliorum etiam commodis pro mea virili non nihil proſpicerem: decreueram quidem Græca exemplaria cum Latinis conferre, & ſi quæ non ſatis ad viuum erant excuſſa, illa omnia corrigere. Sed poſteaquàm in Iani Cornarii viri eruditiſs. commentaria incidi, non facile dixerim, quanta lætitia affectus ſim, quòd omni me labore hac in re leuarit, cum hic tam ſtrènue operam impenderit,

derit, tam doctè & luculenter omnia illustrarit, & diligenter examinarit, vt quisquis eius castigationi aliquid se addere posse confidat, aut laterem lauare (quod aiunt) aut φιλαυτίας malo sese astringere meritò videri queat. Quare cum consiliorum meorum hæc sola nunc mihi constet ratio, vt τῆ πρακτικῆ, quæ apud Æginetam est, ea tantummodo medicamenta addere velim, quæ nostra hac ætate in vsu sunt, quæque vel ipse longa experientia didici, vel ab aliis probata cognoui, maximè quæcunque obseruaui, quàm proximè accedere vel ad ipsius, vel Galeni pharmaca & eorum quodammodo vires per omnia æquare, præcipuè benedicta (vt vocant) cum sint, & id efficere valeant, quod deleteria (quibus rarò vtimur) apud veteres præstare solebant: breuiter in capita quædam, vbi solum τὴν πρᾶξιν docet, nostras qualescumque annotationes, aut hypomnemata potius in studiosorum gratiam, qui rem medicam exercent, addemus. Quas si tibi gratas fore intellexero, vehementur etiam atque etiam gaudebo, cum hoc solum nomine a me enulgentur, vt omnibus prodesse aliqua ex parte possint.

Non

Non quod ea conferenda censeam, cum aliorum doctiss.medicorum lucubrationibus, quæ passim habentur, sed vt qui Pauli breuitatem sequi studeant, non id fortasse incommodi sentiãt,de quo Horatius loquitur, breuis esse laboro, obscurus fio. Nam est alicubi, vbi non satis dilucidè non nulla explicat, quia breuitati semper studet. Selegimus autem ex toto opere, capita quædam, in quibus ex professo πράξμ exercet solam,& vbi sua medicamenta adfert, nos vsitata iis temporibus, & potissimum εὐπορισὰ pharmaca illis adiungimus, quod facimus præcipue secundo & tertio libro. Bene vale,& hanc nostram operam boni consule quæ fortasse plus emolumẽti adferet in recessu quàm frõte promittit, iis maximè quibus adhuc non vacauit per omne genus practicorum immẽsis laboribus percurrere & optima quæque passim decerpere.

Quæ si pauli scriptis, & methodo appendãtur,vt tuto,iucundè,celeriter, quis medeatur efficereposse,mihi videntur.

IN LIBROS ALIQVOT PAVLI ÆGINETÆ, HYPOMNEMATA quædam seu obseruationes medicamentorum quæ hac ætate maxime in vsu sunt per GEORGIVM EDRYCHVM Medicum, pro iuuenum studiis ad praxim medicam collecta.

In caput primum libri primi. quæ grauidis superueniant, & quæ victus ratio eis conducat.

Hic scopus à me cõtinuè obseruatur vt si quid vnquam inuenerim, quod quam proximè accedat, ad illa medicamenta quæ apud Paulum sunt, & viribus ex æquo respondeant, id semper annectere studeam, potissimum si apud veteres scriptores reperiam, vel a recentioribus longo vsu comprobatum intelligam, Quisquis igitur primum ipsius Pauli textum legerit, postea, si videbitur, quæ per ordinem sequuntur, in

fine cuiuſque capitis a nobis deſcripti, noſtra per ocium perlegat. Præter ea ergo quæ a Paulo hic deſcribuntur his εὐπορίστοις i. facilè parabilibus vtimur. Amygdalæ amaræ a ieiunis acceptæ proſunt, itidem menta ſicca & inſperſa ſucco mali punici idem præſtat, conueniunt etiam oliuæ colymbades in muria conditæ, iuterdum etiam ſic vitioſus humor imminuendus.

Rec. Hieræ ſimplicis ʒ. i. ſs. vel ʒ. ii. excipiatur conſerua violarum. Aetius probat hic paſtillum amazonum.

In Caput 23. de victu ſenum.

ET ſi animus ſit, illa tantummodo capita percurrere, in quibus Paulus quæ ad ſolam praxim faciunt, exponit: tamen cum Galenus fateatur victus rationem tanti eſſe momenti vt ea ſola, abſque alio præſidio ſe multos curaſſe teſtetur: de ſenum victu ipſe ſenex iam hæc pauca adiicienda putaui, maximè quæ Pauli conſilio probè quadrare experimento longo didici. Nam quòd ait, imbecilliores ter die cibo refici debere, & ad tertiam quidem horam, panis exiguo cum melle attico: hanc ego horam exiſtimo eſſe circiter

circiter octauam. Sic enim vocabant olim horam primam orto iam sole. Nam cum ἰσημερία sit horam circiter sextam, a solis exortu, quæ vocabatur olim, prima, tertia nostris est circiter octauã, vel sanè nonã. Sexta autem meo sane iudicio erat ipse meridies, quo tempore Iesus Redemptor, ac Dominus noster cruci fuit adfixus, nam hora nona quæ est tertia a meridie expirauit. Certe ego hanc horam pauli Æginetæ semper obseruaui. annos iam agens septuaginta, quo tempore soleo quotidie, vel butyri parum recentis cum pane fermentato, vel luteum minus oui, vel dnas aut tres ficus, vel vuas passas, vel sorbitiunculam aliquam ex melle (quæ omnia ad ciendam aluum conducunt) accipere. Quare ego iuuenibus omnibus vt mane circiter quintam aut citius quotidiè vere potissimum & æstate, senibus aut vt hora sexta aut paulo ante è lectulis exurgant, consuluerim. Nam cum somnus ex Hyppocratis consilio mediocris esse debeat cui octo ad summum horæ sufficere solent, dici non potest quantũ hominis valetudini conducat, vt statim post exiguam a somno moram è strato exiliat, excrementa alui exoneret, tum vero aliquid de gustet, senes autem sorbitione ex pane & sa-

charo cum ceruisia factum adiectis macere & garyophyllis, vel luteum oui assumant, & prandium quidem liberalius capiant, cænent autem parcius, nunquam autem in totum a cæna abstineant, sed vel iure pulli se foueant, vel ouo sorbili, vel simili quopiam, quod ventriculum corroboret. Quod ego consilium prudentiss. cancellario huius regni D.Hetho, Reuerendiss. Archiepiscopo Eboracensi,dedi, cui in re medica multis annis operam præstiti, cum antea nihil ederet horis 24. nisi in prandio,quod tamen faciebat liberalius & nunquam ferè cænabat: vixit autem ad annos circiter.78.

Ego sanè noui quatuor præstantiss.viros, Cuthbertum Tonstallum Episcopum Dunelnensem,D. Chamberum Henrici octaui medicum, Iohannem Claymondum, & Robertum Morwētum, collegii corporis Christi præsides, meos olim omnes patronos summos, præter alios quam plurimos plus quam octoginta annos habentes, qui mane surgendo, & hanc victus rationem sequendo, ad vltimam peruenerint senectutem, licet eorum duo enterocæle,qui morbus senibus presertim molestus valdè est,laborarent.

Porrò vtantur senes electo glychirizæ succo,

ſucco & paſſulis præterea, Myrobalanis conditis, præcipue chebulis.

Item. Rec. Amygdalarum dulcium ʒ 4. nucleorum pinearum tantundem, piſtaciarum ʒ 2. ſeminum cucumeris, nucum auellanarum ana. ʒ 1. coquantur cum ſaccaro q.ſ. adde gingiberis ʒ 1. croci. ʒ ſs. moſchi, ambræ, ana. ℈. ſs. Quod autem Paulus hic caricas hyeme exhibet, iis ſi addantur iuglādes duæ, & rutæ parum, circa 18 folia, præſtantiſſimum erit medicamentum, etiam contra peſtem, aut quamuis aliam venenoſam materiam, quo vſus eſt Dioſcorides olim, medicus vetuſtiſſimus, libro 6. in præfatione.

Sed quia abundant ſenes pituita, & ſeroſis excrementis, ante cibos bibant vinum album, & vt lubrica ſit aluus præbibant ante prandium ius puili in quo decocta ſint Mercurialis, beta, malua, vel folia braſſicæ cum portione aliqua ſacchari rubri. Porrò medulla calentis panis recentis vino maluatico infuſa cum puluere mentæ, applicata ſtomacho & calfacta, prodeſt.

In Cap. 29. de Dentium preſeruatione.

Rec. roſarum albarum & earum ſeminis

ana. ʒ. 1. ſandalorum alborum, ſuccini albi, margaritarum albarum, ana. ℈ 1. maſtiches, Cinamomi, ana. ʒ. ſs. conterantur & cum melle roſaceo miſceantur veſperi dentes fricentur, & mane abluantur vino albo cui incocta ſit radix iridis.

In Cap. 30. ad grauem auditum.

Rec. Olei amigdalini amari ʒ 1. ſucci rutæ ʒ ſs. poſt purgationem debitam, intingatur lana ſuccida, & auri imponatnr, fumus abſinthii decocti, in aurem accipiatur per embotum, & ex decoctione foliorum & baccharum lauri, imponatur etiam fel leporis.

In Cap. 31. ad oculorum caliginem.

Nvx moſchata comeſta, oculorum caligini confert, & myrobalanum chebulam conditam comedere, iuuat, & vinum adſinthites bibere, et ceruiſiam in quo maduerit ruta.

Re. ſeminum feniculi in aceto maceratorum, Cinamomi ana. ʒ 1. ſacchari ʒ. ſs. fiat puluis.

In

In Cap. 34. de iis quibus cibi corrumpuntur.

In nobis ipsis hoc sæpe medici experti sumus, aut cum ad lautiores epulas ab aliis inuitamur aut alios largioribus cænis inuitatos excipimus: & aliàs sæpe incogitanter, plus iusto etiam euchymorum ciborum ingurgitamus: Quod si natura succurrente forsan statim bene aluum deiicimus, non multum incommodi est, id ni fiat aut, glande aut clystere statim subueniendum leui, postea os ventriculi oleo mastichino, abtinthino, & de spica fouendum est. et ad aliquot dies iusculum ex pullo, cui incocta sit, menta, ros marinus, thymus, hissopus, macer, cinamonum, vuæ passæ, pruna damascena, sumendum est, & ouis sorbilibus, ac petrosis piscibus, vel marinis qui boni succi sunt: vt trotta pectine & similibus vescendum est.

In Cap. 35. de venere.

Non est silentio prætereundum quòd, seminis emissione immodica, maior est euacuatio, quam si quadragesies mitteretur sanguis. Quod autem dicit tempus concumbendi se-

cundum cibum, oportunum, non ſtatim, ſed coctione obita, melius autem ſi præcedat exiguus ſomnus, ſubſequatur.

In Cap. 42. quomodo quis facilè euomat.

Aqua calida, vel hydrolæum, commodum facit vomitum, ſelibræ pondere.

Rec. radicum rhaphani ℥ 2. contundantur affuſaq; aqua mulſa, ſuccus quidam ex erigerone herba cocta in ſero lactis ex ceruiſia ciet vomitum, & foliorum & radicum aſari tepidus offertur.

vel Rec. ſeminis eiuſdē ℥. ſs. aut ʒ. 3. trita, addita vel ſero lactis, vel aqua hordei, Aliis deleteriis vomitum prouocare niſi magna vrgente neceſſitate, vix probo.

In Cap. 43. de iis quæ molliter aluum ſubducunt.

Rec. floris caſſiæ ℥ 1. rhabarbari ʒ. ſs. fiat bolus. Rec. rhabarbari ℈ 1. mane mandere conducit ante prandium, aliàs, monet Manardus tribus in menſe diebus cum roſaſco ſaccharo vel per ſe rhaharbar ʒ. 1. deglutire.

Rec.

Rec. polipodii purgatæ radicis ℥ 2. affusa aqua mulsa. vel sic Rec. polipodii ℥ ss. Cinamoni ℥ 1. semitrita in iure Galli, bulliant. iisque proiectis sacchari ℥. ss. addatur, & in principio mensæ sorbeatur, supra omnia conducit galeni picra, obuoluta tenui pane quo in mysteriis vtuntur, in aqua absinthii obuoluta. ÆTIVS.

καθαίρῃ ἡρίζα πολυποδίου καὶ ἐν ζωμῷ ὀρνίθος δίδου δὲ γραμμάτια 5.

Aliàs tale lenitium dari potest,

Rec. Electuarii lenitini, syrupi rosarum solutini ana. ℥ 1. cum aquæ stillatitiæ liquore. q. s. fiat potio. vel Rec. floris cassiæ ℥ ss. cum saccharo fiat bolus. aut floris cassiæ ℥ 1. hieræ simplicis ℥ 2. cum saccharo fiat bolus.

Alias sic, præcipuè quibus obstructum est epar.

Rec. Cichoreæ cum rhabarbaro ℥. ss. vel ℥ 6. vel ℥ 1. syrupi de infusione Rosarum cum aquæ horaginis. q. s. addito cinamomo.

VEL sic Rec. hieræ simplicis galeni ℈ 2. agarici electi, rhabarbari electi ana ℈. cum syrupo de endiuia fiant pilulæ 5. vel 6. Epithymi etiam ℥ 3. aut 4. dari possunt, cum Vuis & violis. Quod autem dicit Paulus, ταυλαιῶν ἐξαρκεῖν ἐδόκει τισὶ πρὸς ἐ-

γι-

γίειαν ἐφημέρα κενοῦσθαι διὰ γαστρὸς, τούτου ἐγὼ πεῖραν ἔλαβον. χάριν, γοῦν οἶδα θεῶ ὅτι ἔτι πέρι που M. ὑποτε ἐνόσουν, ἐκ τοῦ ἐξ αρκεῖ σθει μοι πρὸς ὑγιειαν καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρᾶι ἱκανῶς κενοῦσθαι, καὶ διὰ γαστέρος ἀποσκευάζειν τὰ ἐνοχλούμενα.

De clysteribus Cap. 44.

Rec. Altheæ, maluarum, mercurialis, violarum, acanthi ana. M. 1. olei dulcis ʒ 3. seminum lini anisi ʒ 3. addecassiæ ʒ 1. vel ʒ 2. fiat clyster communis. Vel sic.

Rec. Chamæmeli, boraginis, betæ mercurialis furfuris q.s. Deinde huius decocti libr. 1. mellis rosacei ʒ 3. Cassiæ ʒ 1. catholici ʒ ss. interdum in iis decoctis iniiciendum pulueris hieræ cum agarico ʒ 3. catholici ʒ. ss. salis parum.

In Caf. 46. de iis quæ per caput purgant & nares.

rec. Satureiæ, hyssopi, vel origani, ana. M. 1 Florum anthous, stæchados ana. p. 1. glychirizæ rasæ ʒ 1. ficum passarum ana. par. 20. fiat decoctio in aqua hordei integri pro apophle-gmatismo.

Rec. Succi betæ, anagallidis depuratorum ana. ʒ. 3. Vini albi ʒ. 4. mellis ʒ. 3.

addi

addi possunt agarici trochiscati, ʒ. 2. in decoctione, & in libræ ſs. dissolue mellis rosati ʒ 2. fiat errhinon.

In Cap. 47. vt menses moueantur.

Vinvm hyppocraticum aucta dosi cinamomi est præstantiss. diluitur, aqua asparag. vel apii vel gramminis.

Vel sic. Rec. Hieræ ʒ ſs. cum melle cocto. Fiat pessarium.

Rec. Fellis hirci vel vaccæ ʒ 1. asari, agarici cinamomi ʒ. 1. succi mercurialis cum paulo mellis incorporentur. Et appone, Nigella apposita fortius mouet, sed diutius ne maneant, ne exulcerent, abluatur locus vino albo, in quo dequoquatur pulegium, vel matricaria. cætera, huius libri primi, quæ multum ad curationem non spectant, omitto.

Liber

Liber 2.

In Cap. 15. Curatio Febris diariæ.

VM raro admodum consulant medicos qui ephemeride laborant febre, quod vnico tantum die ferè laborent, Paulus de hac breuiter tractat,& ferè omnes eius ſpecies, balneis, nuctione & frictione curat, id ſemper obſeruando vt contraria cõtrariis curentur, pro varietate cauſarum procatarcticarum & quia ferè πυρεχόλοι ſunt,qui hac febre tenentur, humida,frigida, calidis & ſiccis apponit. Qui hodie factitant medicam artem, rarius balneis vtuntur,(quòd faciendum hic Paulus docet) fortaſſe quod in corporibus cacochymiæ obnoxiis, verentur,ne temerè clauſis poris mutentur in putridas. Nos ſolemus variè pro ratione cauſæ præcedentis, ſic diætam inſtituere vt plæriſque ex ſero lactis, cui incoquimus, vel fæniculum, vel chamæmelum, vel radicem apii

apii ſudorem promocemus, ſic enim Trallianus, ἐμβαλλέα θῶ ῥίζα σελινου. Sed & lecto quieſcere iubemus ad horas ferè 24. & leniter fricando poros aperire, vt exhalent vapores calidi & ſicci. Deinde ori vẽtriculi proſpicimus, manum calidam apponendo, vel interdum oleo abſinthino & maſtichino iniungendo, prius tamen balanum ſubiiciendo, vel clyſtera ſi aluus non fluat, maxime ſi ex crapula eueniat. Vinum aquoſum laudatur. Sed nulli alii citius conualeſcunt quam ruſtici qui ſe in lecto continent, & nihil aliud guſtant quam (alaberiam noſtram vocatam) ex tenui ceruiſia, pane, & melle vel ſaccaro confectam cui macerẽ iniicimus. vt ſic ventriculo proſpiciatur. Celſ. cap. 5. libr. 3. iubet cibum non dari ante poſterum diem, quo tempus acceſſionis ita tranſiit vt nihil moueat. Alexand. trallianus taxat Galenum quod in febre ex cruditate, quam ſequitur nidoroſus ructus διά τριῶν πιπερεῶν & alia calida dare conſuluerit, f. 204. quæ potius danda ſunt iis qui eruditatem ex frigida intemperie contraxrunt. Galen. ad balneam ducendos diaria fere laborantes conſulit.

IN

In CAP. 17. de curatione ſynochæ & ſynochi.

VIDETVR Paulus eodem capite de non putrida Synocho & putrida agere, commune auxilium vtriſque ſanguinis miſſio & frigidæ potio.

τραλλιανος θεραπεύειν χρὴ τοὺς διὰ σήψιν καὶ πλεονασμὸν ἁπλῶς αἵματος νοσοῦντας διὰ φλεβοτομίας.

Nos obſeruauimus in iuuene quodam carnoſo, quòd ſtatim non ſit ei vena ſecta, inciderit in putridam, curauimus tamen
C.B. eum licet longiore ſpatio, dierum circiter 17. crebro iniiciendo clyſteras & leuiter purgando, cum rhabarbaro & catholico, & ſimilibus quæ minus calida eſſent: & præcipuè bona victus ratione ex decocto hordei & oxymelite, & herbis refrigerantibus pauco lacte
I.C. amygdalino iuſuſis. Sed & generoſus alter laborabat hac febre & in dextro crure habuit tumorem magnum eò confluente multo ſanguine, qui etiam in ſiniſtrum genu decumbebat, & in pedes & articulos. Huic primo quo veni tempore, circiter 10. noctis horam clyſtera inieci, ſic compoſitum.

RAC. Betæ, mermialis, violarum, maluæ ana

ah. Manpip. 1. helxines biſmaluæ ana. Man. ſs. Furfuris in panno ligati. Manip. 2. Colati libr. 1. ſs. adde Ouorum uitellos duos, mellis cochlearia duo. Hieræ Galeni ℥ ſs. catholici ℈ 6. diaphœnici ℈ 1 ſs. olei violacei ℥ 2. ſs. ſalis parum. fiat clyſter. Poſtridie venam ſecui dextri brachii, qua parte maximè tumebat genu, deinde poſt alterum diem hoc medicamentum exhibui.

R B C. Senæ ℈ 2. ſs. aniſ. ℈ ſs. decoquãtur in aqua buglossæ & endiuiæ q. ſ. colati ℥ 3 ſs. infunde catholici ℈ 6. Diaphœnici ℈ 2. ſyrupi roſati ſolutini ℥. 1. ſs. fiat potio. Poſtea cataplaſma ſedatiuum doloris genu & artic. admoui, ex lacte & pane azymo & auenacea farina, & oleo roſaſeo ſupra genu perunxi, admoto poſtea alio cataplaſmate, ex malua, abſinthio, lacte, & farina auenacea poſthæc alium clyſtera inieci, ſuperiori non diſſimilem, & quia vigilia non nihil vexabatur dedimus diacodion ℥. 2. cum oxymelite, vel cum ſyrupo de abſinthio ℥ 1. ſs.

Vel ſic. R B C. Syrupi de papanere, aquæ ſtillatitiæ lacticæ, ana ℥ 2. ſic denique febre ſoluta, & omni dolore ſedato intra 7. di-

es ferè est sanitati pristinæ restitutus, dei beneficio. Sed & meipsum olim adolescentē, tum synocha non putrida, tum etiam putrida laborantem, sola venæ sectione Gwiel. Walberus amicus meus vir doctus & diligētissimus incolumem me facilè reddidit. Sed quòd ad victus rationē attinet, consueuimus decocta cichorii, buglossæ, apii & fæniculi radicum, aut oxysaccharum, vel syrupum, seu oxymel interdum dare. Sed & cuidam
I.B. dedimus hunc bolum.

Rec. Cassiæ extractæ ʒ ss. diaphænici ʒ. 1. electuarii è succis rosarum ʒ. 1. fiat bolus, sed pridie secta vena iecoraria ad ʒ 8. emisimus sanguinem.

Curatio tertianæ purè,
Cap. 19.

Nisi ob plethoram non magnopere opus est venæ sectione, Imo Galenus ad Glauconem. f. 103. non probat, & nos huius rei experimentum vidimus, anno Dom. 1556. in multis. Nisi vrget necessitas non sunt alendi quinque horis ante accessionem, cibo. & nisi valdè acres humores ad ventriculi os

elati

elati συγκοπὴν minentur. Sic olim pio & bono cuidam ſacerdoti contigit, vt cum in T.R.
ipſa paroxyſmi ἀκμῇ ſæpe deficeret ego & Guiel. Smythus medicus probus & doctus meus familiaris amicus, conſultum, illi bene putaremus, quod iterum atque iterum leui quadam ſorbitiuncula, vel potione aluerimus in ipſo paroxyſmo. Sed & ipſe nobis poſtea confeſſus eſt, quòd ſemel aut bis antea aut cerâſa aliqua, aut fragra guſtaſſet nobis abſentibus quæ calidam materiam, opinor, temperabant, ne ferretur ad caput. Si aluus ſiſtatur, clyſtera primo quoque tempore iniicimus, ſi nauſeat æger, cum ſyrupo acetoſo, & aquâ tepida vomitum prouocamus. Poſt ſyrupos qui concoquunt materiam, videlicet, de endiuia, violaceum, oxyſacharũ, capillorum veneris, ſubducimus aluum leni medicamento.

Rec. Catholici ℥ ſs. ſyrupi de infuſione roſarum ℥ i ſs. ſyrupi violacei ℥ ſs. aquæ ſtillatitiæ boraginis cichoreæ, ana ℥ i ſs. fiat potio cinamomo condienda. Si neceſſe ſit poſtea augeatur hæc potio, adiiciendo in prædictis aquis per infuſionem horarum 8. Rhabarbari ℥ i. ſpicæ ℈ ſs. Deinde poſt tertiam aut quartam acceſſionem vinum albũ

multa aqua dilutum dari poteſt, in παροξυσμῶν ad prouocandum ſudorem quo ſæpe finitur, ſyrupi item acetoſus ſimplex, & compoſitus per ſe, vel cum aqua fæniculi ſudorem bene mouent.

Aetius potiones ex anetho & apio ad vrinam ciendam, & poſt concoctionis notas aquam mulſam in qua abſinthium maduerit, exhibet. Herbæ conueniunt atriplex, blitum malua, lactuca, cucurbita, è reliquis ptiſanæ cremor, piſces ſaxatiles, oua ſorbilia gallorum teſtes, &c.

Curatio tertianæ non puræ. Caput. 20.

Conſueuimus hic, quoniam maxima pars materiæ infeſtantis, in inteſtinis, & ventriculo continetur, primum clyſterem dare. Deinde venam internam ſecare, ſi venæ multum repletæ ſunt, pro clyſtere interdum damus catholici ʒ ſs. diaphænici ʒ 2. fiat bolus. Aut in decocto fæniculi, aniſi petroſelini, aut alio conuenienti liquore exhibeatur, aut in aqua endiuiæ, boraginis. Clyſter talis eſſe poteſt.

Rec.

Rec. Maluæ biſmaluæ betæ, parietariæ, ana M 1. mercurialis M 1. ſs. florum cordialium & chamæmeli ana pug. 1. quatuor ſeminum frigidorum endiuiæ aniſi, tæniculi, ana ℥ 2. in fine decoctionis adde agarici trochiſcati ℥ 3. colat q. ſ. adiice catholici ℥ ſs vel Hieræ ſimplicis ℥ ſs. olei chamæmelini ℥ 3. vitella ouorum duo ſalis modico fiat enema. Pro victus ratione ptiſana cum piperè vel hiſſopo vel origano exhibenda, quando pituita valdè abundat, aut decoctum cinamomi. Matheol. ſic pro ſyrupis.

Rec. Syrupi acetoſi ſimplicis, mellis roſacei oximelitis, Syrupi è ſucco boraginis, endiuiæ, vel cichoreæ ana, ℥ 1. aquarum ſtillatitiarum ex eiſdem herbis ana, ℥ 3. prima purgatio hæc eſſe debet.

Rec. Rhabarbari electi cum ſpica diluti in ℥ 2. ſucci roſarum & per colum tranſſuſi ℈ 4. diacatholiconis ℥ 7. aut diaphænici ℥ 4. mellis aërii ℥ 2. cum aquis cordialibus. fiat potio, pro melle aëreo vti poteris ſyrupi de pluribus infuſionibus roſarum ℥ 3. aut ℥ 1 ſs. caſſiæ fiſtularis. Sed hæc quantitas ſemper mihi nimis magna viſa eſt, & ſæpe nauſeam mouere. Ego frequentor hoc

vtor medicamento.

Rec. Senæ Ælexandrinæ ʒ· 2 ſs. aniſi ʒ· 1. bulliant parum in aquis endiuiæ, cichoreæ q. ſ. colati ℥ 5. infunde rhabarbari· ʒ· 1. ſpice ℈ ſs. ſtet horis octo poſtea fortiter expreſſo adiice catholici ʒ· 3 ſs. diaphœnici ʒ· 1 ſs. ſyrupi de infuſionibus roſarum ℥ ſs. vel ℥ 1. ſi videbitur poſt hæc ſic iterũ purgandum.

Rec. Pilulorum aggregatiuarum, rhabarbari ana. ʒ· ſs. cum ſyrupo infuſionis roſarum fiant pillulæ 5. poſt quarum aſſumptionem præbe ſacchari violacei ℥. 1. cum aqua Cichorii vel buglossæ. Et poſt ſeptimum diem, datur abſinthii coma, ſed & multis profuit oxymel, & præcipuè inter cætera vomitus a cæna præſentem opem ferre ſolet. Porrò ad obſtructiones partium naturalium aperiendas.

Rec. Abſinthii, cichorii ana M. 1. decoquantur, & ℥ 3. decocti, adde oxymeliris compoſiti ℥ 1. ſs. fiat potio. Poſtea.

Rec. Rhabarbari agarici, aloes, ana ℈ 1. cum ſyrupo endiuiæ, fiant pil. 5. Sed & fiat hic Iulep.

Rec. Aquæ endiuiæ, cichorii, q. ſ. aromatizetur cum ʒ· 2. diatriaſandali, diamargariti

gariti frigidi ℥ 1. fiat Iulep. vel ex eisdem fiat confectio in tabellas. Venerabilis quidam sacerdos mihi valdè charus laborabat, febre tertiana, in qua tamen magis superabundauit bilis quam pituita, cui instituta proba victus ratione vsque ad tertium paroxismum dedi, hoc leue medicamentum solum. R.

Rec. Rhabarbari infusi in aqua endiuiæ, buglossæ q. s. ℥ cui expresso, adde catholici ℥ .3. diaphenici ℥ 1. fiat potio. deiecit octies, & semel euomuit, Et licet præcedente nocte, ita bilioſi & acres humores ad caput ferrentur, vt dormire non posset, postridiè tamen paroxysmum breuiorem habuit, ad horas circiter 5. postea plurimum sudauit, & Dei ope, perendie vix sensit paroxysmum, & breui conualuit, solummodo vsus lacte amygdalino, in coctis herbis refrigerantibus, & iusculis ex eisdem herbis confectis. In hac febre, iocineri laboranti hunc fotum dare licet.

Rec. Cichorii, fumarii ana M. ß florum chamæmeli, meliloti, fœnigræci ana. ℥ 4. summitatum absinthii rosarum ana. M. 1. spicæ iunci odorati ana ℥ 1. bulliant in aquæ, q. s. Deinde adde aceti albi ʒ 2. vel 3. & cũ

panniculis in eo irrigatis, iccur ſæpe foueatur, & demum inungatur hoc vnguento.

Rec. Olei roſacei olei de abſinthio ana ℥ 1. olei de chamæmelo, & amygdalarum amarum ana ℥ ſs. olei nardini ℈ 3. pulueris ſeminis lini, fænigræci & florum chamæmeli ana ℈ 2. coralli rubri ℈ 1. ſs. ſucci cichorii ℈ 6. cum cera & exiguo aceto fiat vnguentum. At lieni ſic calfacientes exhibendi fotus.

Rec. Corticum radicum capparũ, tamaricis ana ℈ 4. ſcolopendrii, abſinthii ana, p. 1. ſpicæ ℈ 3. lupulorum, fumiterræ ana M. ſs. florum chamæmeli, fænigræci, meliloti, ſeminis lini, & anethi ana ℈ 4. fiat decoctum in quatuor partibus aquæ, vna aceti albi fiat fotus vnguentum ſic parabitur.

Rec. Olei Liliorum Alborum, Irini, ana, ℥ ſs. Olei de capparibus, amygdalarum amararum, ana ℥ 1. Nardini ℈ 4. ſucci ſcolopendriæ ℥ 1 ſs. butyri recentis adipis anſeris ana, ℈ 4. pulueris ſeminis lini, fænigræci, florum chamæmeli ℈ 1 ſs. cum aceto pauco & cera fiat vnguentum. Non eſt hic omittendum multos qui poſt cænam vomuerint, hoc ſolo remedio recuperaſſe ſanitatem.

Cu-

Curatio quartanæ.
Cap. 22.

Leniter primum agendum, nisi quod si quis plurimum abundare sanguine videatur, huic modicè detrahere expedit, sed raro ante medium augmenti, & si valde niger fluat & crassus. Non sunt cibandi nisi horis 6. ante paroxismum reliquo tempore vtãtur concoctu facilibus & synapi & salsis quibusdam euchymis & vino albo tenui non aquoso, vel decocto Cinamomi & frictionibus leuibus, ventrem habeant semper mollem, cui sic clyster parari potest.

Rec. Maluæ Mercurialis Betæ, florum Chamæmeli ana M. 1. Folliculorum senæ ℥ 4. Colato decocto adiiciatur, Olei communis, Chamæmelini, seu Anethini ʒ 3. Mellis Rosacei ʒ 2. Cassiæ ʒ 1. Salis ℥ 2. Catholici ʒ ss. vel interdum confectionis Hamech, aut Diaphænici ℥ 2. aut 3. Lene etiam medicamentum dari potest, sed non forte quod ego iuuenis olim obseruaui, cum darem doctissimo Theologo & mihi amicissimo D. Chedseo, tantummodo Senæ decoctum,

post vnum aut alterum paroxysmum. Quo sic Deo volente, melancholiam & bilem adustam per sedem deiecit, vt confestim a quartana liberatus sit. Multi solo vomitu, statim curati sunt.

κάλλιστος δὲ καιρὸς ἐστι πρὸς ἔμετον ἀρχομένου τοῦ παροξυσμου.

Trallianus inquit.

Rec. Florum camæmeli, ℥ 1. florum anethi ℥ ss. fiat decoctio in aqua rhaphani, bibat in initio accessionis, vel fiat decoctio ex semine asari, vel radice. Quondam dedimus has pillulas laboranti hac febrè per bilis adustionem generoso spectatissimo, meo
I.C. vnico Theseo, & de meis optimè merito.

Rec. Pillul. hieræ cum agarico, pilul. aggregatiuarum ana ʒ. ss. cum syrupo capill. veneris fiant pillulæ 5. & bene ei cessit, sed nihil magis profuit, quàm quòd in principio paroxismi semper euomuit. In statu vtendum fomētis adhibitis spleni & epati, post concoctionis signa sic purgandum.

Rec. Florum violarum, fumariæ boraginis ana. ʒ. 4 senæ epithymi ana ʒ. 2 ss. scolopendrii ana ʒ 2. vuarum passarum ℥ 1. fiat decoctum in aqua fontis, quo per colum

colum transfuso, dissolue mellis aërii, aut saccari violacei ʒ 2. Rhabarbari in parte prædicti decocti infusi ℈ 4. spicæ ℈ ss. Diasenæ ℥ 3. cathol. ʒ ss. cõfectionis hamech ℥. 2 ss. semel in hebdomada dari potest theriacę horis duabus aut tribus ante accessionem cum vino albo, vel aquisidoneis. Pastilli item ii laudantur.

Rec. Pulueris dia margariton frigidi, diãbra, diarhôdon aut diamoschi dulcis ana ʒ ss seminum quatuor frigidorum ℥ 4. sacchari dissoluti in aqua rosacea q. s. fiant pastilli. Ætius & Galenus præcipuæ hoc commendant, medicamentum.

Rec. Succi Cyrenaici (belzoï nũc vocant) piperis, mirrhæ, florum rutæ viridis, partes æquales, cum melle terantur fiant pilulæ: dosis obolus 1. aut 2. Ante statum non dantur hæc. Vales. vinum album in quo maduerit saluia per noctem mane bibendum docet, porrò in initio accessionis spina infũgenda, oleo de abrotano, rutæ, et nucha: addito modico aquæ vitæ, vsus piperis in condimentis et iusculis inueteratam quartanam sanat.

Carpis ad mota hæc multos adiuuerunt.

Rec.

Rec. foliorum ſambuci, ſaluiæ, pedis columbini, rutæ ana M. ſs. caltæ tertiam partem manipuli, ſalis & vini parum, ante acceſſionem apponantur & remoueantur, cum videbitur.

De quotidianæ curatione. Cap. 24.

Primum clyſter ſic fiat. Maluæ, Mercurialis betæ, parietarie ana. M. 1. Furfuris M. ſs. florum Chamæmeli, Meliloti, ana p. 1. ſeminum Fæniculi, aniſi ana ʒ 3. fiat decoct. colati lib. 1. adde mellis roſacei ſacchari rubri ana. ʒ 2. vel catholici 34. vel Diaphænici ʒ ſs. vel Hieræ ſimplicis ʒ ſs. olei communis ʒ 3. Syrupi conueniunt acetoſus ſimplex, mel roſaceum, è ſucco boraginis, è corticibus citri, cum aquis boraginis, Fæniculi, capilli veneris. Circa ſtatum cautius agendum, concoquendus humor detergentibus, incidentibus, & aperientibus. Nobilis fæmina, ſed grandeua D. Gryffyld de Beauchamp Court, hac febre interiit.

Ὕπι ϛομάχου καὶ ἥπατος προηγεῖτο καταψυξις,

vt

vt ait Trallianus, cui ego & D. Baronus medicus valdè doctus opem ferre diu laborauimus, quæ vt ſæpe ante noſtra opera euaſit, ita tandem ex cruditate & frigore hieme cõtracto, in hanc febrem incidens, tandem obiit. Cum videbitur oportunum talis dari poteſt purgatio.

Rec. Agarici trochiſcati ℈ 4. Diacatholici ʒ ſs. Antonius ab alto mari addit caſſiæ ʒ 1 ſs. (quam tamen Mena. hic non probat) quod mihi videtur nimium, fiat bolus vel ſic.

Rec. Agarici ʒ· 1. polypodii ʒ· 1 ſs. fiat decoct. in aqua boraginis per colũ effuſo adde mellis aërii, cath. ana ʒ ſs. vel plus & fiat potio, poſtea etiam repetenda purgatio, poſt ſyrupos de hyſſopo, de abſinthio, duab. radicibus, & oxymelite, acceptos, hunc in modum.

Rec. Pil. aggregatinarum agarici trochiſcati ana ʒ· ſs. in oxymelite fiant pillulæ 5. a quibus poſt horam vnam aut alteram dandum mellis aërii ʒ 2. aut ſyrupi ex infuſione roſarum ʒ 3 cum aqua Boraginis. Interdum per rhabarbarum & Diaphænicon purgatio fieri poteſt. Sed & ventriculi habenda cura eſt. ſic.

Rec.

Rec. abſinthii, mentæ, ana M. 1. cinamomi, maſtiches, caryophillorum, corticum citri, macerís ligni aloes ana. ℥ 3. ſandalorum omnium, corallorum rubeorum ana. ℥ 2. roſarum rubearum M. 1 ſs. contundãtur omnia, fiant ſacelli, calidi ex vino ventriculo adhibendi.

Vel. Rec. Aſibnthii olei, maſtichini, nardini ana. ʒ ſs. chiæ maſtiches caryophillorum, ligni aloes ana. ℥ 1. olei roſacei ℥ 4. corallorum rubrorum ℥ 1. ceræ q. ſ. cum modico vino, fiat emplaſtrum. Sed & ſemina amiti, coriãdri, carni, ſaccaro cõdita laudãtur, & ſinapis cochleariũ cum mellis roſacei ʒ 2. Galenus a cæna vomitum mouet, manè exhibet cremorẽ abſinthii, & duabus horis ante acceſſum dat theriacen, atque hæc in declinatione, non in principio morbi Act. 399.

Curatio Hepialis febris. 25.

Cvratio Talis eſt, qualem ſuperius deſcripſimus in quotidiana niſi quod hic magis opus eſt incidentibus.

De

De febribus continentibus.

Vena primum secanda, eaque iterum repetenda, sed Valescus non ante diem 3. aut 4 secat venam. Aluo, vt sit lubrica, prospiciendum, Syrupis de acetositate citri, de limonibus, vtendum, & berberis, quibus miscendæ aquæ stillatitiæ cichoreæ endiuiæ, acetosæ & rosarum.

Rec. Conserue boraginis ʒj ss. conserue Rosarum Rubearum ʒj ss. Pulueris, Diamargati frigidi, Diatragacanthi frigidi ʒj. Sacchari Rosati tabulati quart. ss. fiat conditum, leues purgationes in principio commendantur. Multi in oxonia passim tempore Edwardi regis sexti, hoc morbo vexabantur, quibus ego solebam in principio dare cassiæ ʒj. 6. catholici ʒj. 2. aut in bolo, aut cum decocto aliqno aut aqua boraginis. Reuerendus Doctor Treshamus, & mihi olim chariſſimus hac febre laborabat, cui propter grandiorem ætatem venam non secuimus, sed leuibus clysteribus vsi, quantum potuimus a capite detraximus humores, qui sic eò ferebantur, vt ferè vsum rationis illi impe-

impedirent, nam & cantillabat sæpe in paroxismis, & neminem ferè amicorum rectè cognoscebat, neque rationi consentanea loquebatur. Eruditiss. Doctor Owen medicus Regius, qui paulo post fortè venerat me accersito, dedit tantum circiter ℥ 3. sennæ Alexandrinæ in decocto, & commodè aluum ciebat. valescus digesta materia sic purgat.

Rec. Florum boraginis, violarum buglossæ ana ʒ 1. bulliant vnico feruore, colaturæ adde cassiæ recens extractæ ʒ 1. rhabarbari temperati in aqua endiuiæ ℥ 1.

vel sic ex Marco Gattinaria.

Rec. Rhabarbari ℥ 1 ss. subtilliter pulueriz. dissoluatur in aqua endiuiæ q.s. cui adde syrupi violacei ʒ 1.

Ardentium curatio
caput. 29.

Cautè hic agendum quia Arabes fere nunquam græci vero sectionem venæ præcipiunt maximè cum metuitur aliqua interna inflammatio, aut si sit plethora, & cætera consentiant, accepto prius clystere, Valescus hoc leue dat pharmacum.

Rec.

Rec. Florum violarum, boraginis bu-
gloſſæ ana ℥ ſs. prunorum 20. fiat decoctio
in qua diſſoluantur tamaryndorum caſſiæ
mundatæ ana ℥ 6. rhabarbari temperati in
aqua endiuiæ ℥ ſs. fiat potus pro victus ra-
tione crebro vtantur ptiſanæ ſucco. Ipſe olim
ardente febri ſic laboraui vt amici & fe-
rè medici alii de mea ſalute deſperauerint, &
hæc ideo pauca memoriæ prodere iuuat, vt
in febre licet ſæuiſſi. alii ægrotantes ſemper
optima ſperent, poſt vnum aut alterum diem,
quia nimium leues purgationes parum mi-
hi proderant, inſequutus eſt paroxyſmus
tam grauis, qui a quarta hora matutina ad
octauam veſperi continuò perdurauit, vt in
nigore, niſi iuſſu. M. Hodſoni familiaris mei
et periti medici feneſtræ omnes patefactæ fu-
iſſent, vt liberior eſſet Aer. animi deliquium
paſſus ſim, certè ita delirauerim, vt in pro-
funda quadam abyſſo me grauiter cruciari
putauerim, & circumſtantes quaſi in ſublimi
loco poſitos non agnouerim. Qui obſerua-
bant interim me digitos circulariter ſupra ca-
put & frontem, mouentem. Quia licet ima-
ginatio mihi multum erat læſa, ratio tamen
ſic mihi permittebat cogitare, in circulo,

tandem aliquando perueniendum, ad punctum, quod ego ſanitatem eſſe mihi præſagiebam, ſane in declinatione tanta mihi per ſeceſſum bilis copia effluxit, vt hinc matri & vxori & amitæ preſtantiſſ. fæminæ, Iones. prædixerim valdè triſtibus me fore tandem Dei auxilio ſanitati reſtituendum, ſed diutius ægrotaui opinor, non ob aliud quam quod non fuerit mihi ſecta vena, hæc etiam potio crebro exhibenda eſt.

Rec. Sacchari violacei, bugloſſati & roſacei, ʒ 1 ſs. diſſoluantur in aqua acetoſæ, bugloſſe endiuiæ libr. ſs. per colum transfuſis, adiice pul. diamargariti frigidi ʒ. 2. ſyrupi de citro de oxyſaccharo, ana ʒ 2 Nec mihi ſane contigit, longo poſt tempore prius penitus curari, quam quòd ex cruditate quadam quam malè contraxeram aſſumpto quodam edulio ex inteſtinis vituli facto omento præpingniore, ſic fortè poſtea euomuerim, vt & bilis & craſſæ pituitæ magna eiecta copia mihi ſit.

Ad vigilias tale adoramentum paretur.

Rec. Aquæ roſaceæ, myrtillorum, florum nympheæ ana ʒ 2. ſandalorum omnium corallorum ruborum ana ʒ. 1 ſs. corticum

cum citri ℥ 1. aceti rosacei ℥ 1 ſs. miſceantur in ampulla tenui panniculo lineo tecta, & ſæpe odoretur.

Hecticarum febrium curatio. caput. 32.

In Hectica febre maxime eligendus eſt aër, quo nomine Galenum ſequemur, qui Tabias pthiſi laborantes mittebat proximum eſt vt humida victus ratione vtantur, vt ptiſana, & pane cum modica aqua intincta cum ſaccharo.

Interdum ſic.

Capum coque, cum tribus hordei pugillis excorticari, plantaginis vno, & immittendo pug. 1. mali granati acidi, antequam ab igne remoueatur, extrahe hordeum iam coctura ruptum & cum ſaccharo detur. Item ius parui pulli alteretur cum lactucis & portulaca, & interdum lacte amygdalino, lac aſinæ ſi haberi poteſt optimum eſt, proximum lac mulieris boni habitus, & frigida ac humida victus ratione vtentis. Balneum conuenit aquæ dulcis non multum calidæ, in qua incoquantur herbæ frigidæ, & epithemata ex aquis frigidis, in quibus panni intin-

gantur & epati & corde applicari possunt.

ἡμιτριταίῳ, seu semitertiana. Caput. 33.

Ab istis syrupis incipere possumus, qui ferè in omnibus febribus conuenire solent.

Rec. Syrupi acetosi ʒ 1. syrupi capill. veneris ʒ ss. misce. & da cum duplo seri lactis in quo deferbuerit buglossa, viola nigra, liquiritia.

Rec. Hordei ab vno cortice mundati thymi & petrosilini ana. p. 1. bulliant cum pulla crassa. Accipe huius decocti libr. 1. syrupi acetosi q s. ad gustum misceantur, & parum bulliant, vbi vero humor pituitosus præualebit, para sorbitionem ptisanæ ex pipere & oxymelito, vbi vero bilis da ptisanam cum pulla, ex petroselini & apii radicibus cum aceto. Conditum tale addi potest.

Rec. Conserua capilli veneris vel coricis citri ʒ ss. conseruæ florum cichoreæ. ʒ 3. conseruæ buglossi ʒ. ss. pulueris diarhodôn abbatis diatragacanthi frigidi tria sandali ana. ℈ 1 sacchari q. s. fiat conditum. Si purgatione opus sit talis paretur.

Rec.

Rec. Glychirizæ raſæ ℥ 1. paſſularum paria x. aniſi ℥ 1. agarici in panno ligati ℥ 1 ſs. Florum cordialium pug. 1. fiat decoctio tum huius ad quartã ℥ 4. i. adde ſyrupi roſati ſolutini ℥ 2. gingiberis Cinamomi ana ℥ ſs. fiat potio. rhabarbarum infuſum cum vino albo leniter expreſſum dari poteſt cum Cinnamo ℈ 1.

De morbis publice graſſantibus. cap. 34.

Publicè graſſari morbos vidimus oxonii & vna nocte ſimul plus ſexaginta agrotaſſe nouimus, & in vicinis poſtridie pagis, eò fortè aëre delato, fere centum, Quod etiam eodem tempore, Regnante tum Edwardo ſexto, Cantabrigiæ euenit, cum duo ſimul liberi ducis inclyti Suffolchiæ ibi morerentur. Nec tamen Oxonienſes vlli ferè interierunt, quod cæli conſtitutio apud nos, quam ibi ſalubrior ſit.

Sed iis ita ſuccurrendum morbis putamus, vt Brittanico ſudori (ſic enim vocant) opitulari, ſolemus.

De curatione morborum populariter graſſatiuum & de peſte. cap. 35.

Si incipiat morbus cum vomitu, aut alui profluuio non eſt mittendus ſanguis, ſed quo natura vergit eò deducere oportet. Idque ſemper fiat benedictis medicamentis, ſi ſanguis abundet, & cætera conſentiant, ſecanda vena interna dextri cubiti, ſi bubones appareant, in eadem parte. purgatio ſit talis.

Rec. catholici ℥ ß. cum aqua hordei, vel ſyrupi de infuſione roſarum ℥ 1 ſs. cum aqua endiuiæ, cichorei addita interdum rhabarbari ℥ 1. infuſa prædictis aquis.

vel ſic. Rec. Hieræ ſimplicis galeni, ℥ 1. rhabarbari ℥ 1, ſpicæ parum cum aqua bugloſſæ fiant pilulæ, a quibus poſt horam vnam aut alteram ſyrupi de infuſione roſarum ℥ 2. recipiãtur, cum eiſdem aquis, vel ruffi catapotea, quibus crebrò vſus ſum, & olim iuuenis vidi, D. Wootonum eas dare filiæ auunculi mei Lei, vicini ſui in læuiſſ. peſte quæ ante annos 40. & amplius Londini paſſim graſſabatur, quibus fæliciter acceptis hæc ſola

nunc

nunc viuit, aliis omnibus e medio ſublatis in familia: qui hoc medicamentum non ſumpſerunt. Quas quidem ſic parant.

Rec. Aloes loti ℥ 2., myrrhæ & croci ana ℥ 1., dantur pondere ℥ 1. vel vt puto, melius ſicut hic Paulus docet.

Rec. Aloes, ammoniaci ana. ℥ 1., myrrhæ ℥ ſs. hæc in vino contrita dentur ad ℥ 1. ferè quotidiè inquit, quod ego in meipſo & aliis expertus ſum in cõtagione graui, quæ fuit in martiali ſede, cum ibi eſſem, ſed vt multis fæliciter exhibui in peſte ſæuiſſima oxonii, quæ Iudicem Bell abſorpſit, & quam plurimos alios, vni genoroſo non potui perſuadere vt hoc medicamentum experiretur, quem ideo Deo commiſi, & quatriduo poſt mortuus eſt. De hac peſtilenti febre cum duo doctiſſimi medici mecum multa colloquerentur, & de contagionis huius genere multis inter nos diſceptaremus, tandem manibus & pedibus in hanc ſententiam itum eſt, quam ego ex valeſco protuli, qui ſic ait, iſte ægritudines ſunt ita pernicioſæ vt medici plurimum decipiantur, nam videmus bonam hypoſtaſim in vrina & aliqua bona ſigna, tamen infirmus moritur, cuius ratio eſt, quia materia eſt multum venenoſa, & naturæ odibilis

G.B.

R.B.

G.B.

ideo natura dimittit eam, & non audet eam inuadere, ſed potius reuertitur ad cibum & facit bonam digeſtionem & hypoſtaſim in vrina, & pereũt ægri. Præſeruat autem hoc medicamentum a peſte, quod Gal. commendat, & ante eum Dioſcorides in principio libri.

Rec. Rutæ folia 18. caricas. 2. nuces iuglandes duas ſalis gran. Dari etiam poteſt interdum, conſeruæ bugloſſæ, ſacchari roſacei ana ʒ 1. diamar. frigidi. ʒ 4. miſce, vel hic puluis diamargar. cum vino albo & aquaro ſacea. Porrò Epithema cordi ſic formetur.

Rec. Aquæ bugloſſæ ʒ 2. aquæ roſaceæ, violarũ, nimphææ an. quar. 1. trochiſcorũ de cãmphora ℈ 1 pulueris damargaritôn frigidi ʒ 1. Sed & puluis alexi pharmacus, ſeu bezoardicus lapis ille, qui nuper inuentus laudatur plurimum. Quin & Ætius alliũ commendat, victus autem ſit præcipua cura, hunc in modum. Ouum in frigidam aquam mixtum cum aceto immitte, abiecto albo, cum aceto & ſucco arancii vel mali citrii coctũ comedatur vel perdix, aut capus, aut iuuenis columba euiſcerati, impleãtur fruſtis mali citrei & petroſelino & lento igne coquãtur, & ſuccus per linteũ extrahatur. Et potus fiat talis.

Rec. Aquæ acetoſæ libr. ſs. aquæ roſarum,

aquæ

aquæ portulacæ, aquæ endiuiæ ana quart 1. ſucci malorum granatorum ʒ ʒ.

Raſes χυλῷ ῥοιᾶς ſacchari panis libr. 1. Caphuræ ʒ 2. fiat Iulepus ſi haberi nequeat mala granata pro iis ſubſtituc acetum.

Raſes inquit. Εμβάλλε τῆς πίσσης τὸν χυλὸν ὀξυμέλιτος καὶ τῶν κωδείων, ſi ſit conciliandus ſomnus, porro etiam hic ſyrupus capiẽdus.

Rec. Syrupi de papauere ʒ 1. aquæ lactucæ ʒ 2. miſce. Denique buboni ſuperponatur vitellus oui bene ſalitus, & ſæpe mutetur, vel verbaſcus cum radice contuſus vel ſcabioſa (quæ ſtæbe dicitur) quod ego expertus ſum in Wallia cũ ſub aure bubonem haberet quidam. vel Rec. Caricarum paſſularũ mundatarũ ʒ 2. ſalis ʒ 3. fermenti ʒ 3. mellis ʒ 1. olei chamæmelini q. ſ. fiat emplaſtrum. Aliud Rec. Vitellum oui miſceatur cũ ſale & ſucco ſcabioſæ, Qui plura ad hunc grauiſſ. morbum curandum deſyderat, legat Manardi epiſtolam terciam libri quinti. Sed & iam in frequenti vſu eſt. Rec. diaſcordii ʒ 2. ſyrupi limonum ʒ 2. Cardui benedicti ʒ 3. hoc loco apponere placuit προφυλακτικὴν ad omnes febres, & alios quoſdã morbos præcauendos, qui oriuntur ex humoribus cholericis, vel mixtis pituita, vel melancholia.

Rec. Violarum cichorei, endiuiæ ana. M. 1. boraginis, agrymonii, capilli veneris ana. M. ſs. radicum apii ruſci, aſparagi ana. ʒ 2. ameos, carni fæniculi ana. ʒ 1. decoquãtur in q. ſ. aquæ ad libr. 1. ſs. cuius colati excipe ʒ 4. ſyrupi aſetoſi ʒ 1. pro vna vice. & ſic pro aliis.

Caput 36. de iis qui ex redundantia crudorum humorum ſyncope periclitantur.

Omnia ferè ad verbum hic habet Paulus quæ Aëtius, poſt frictiones autem & leues factas purgationes hoc medicamentum ventriculo admoueatur.

Rec. Vini aromatici libr. 1. farinæ hordei tritæ, ʒ 1. decoquatur vinum cum farina ad mellis ſpiſſitudinem deinde accipe carnis palmulorum extractæ ʒ 2. maſtiches aloes ana. ʒ 2. croci ϑ ſs. fiat emplaſtrum, aliud poſtea ſic.

Rec Olei maſtichini, de abſinthio ana. ʒ. 3. olei de cydoniis ʒ 2. vini libr. ſs. decoquãtur ad vini conſumptionem. Naribus etiam admouendæ Roſæ, Violæ, & pauimentum ſpargen

gendum foliis vitis, quercus roſarum &c. commedenda ſunt vitella ouorum ſorbilium, gallorum teſticuli, porcellorum cerebella &c.

Caput 40. Si corpus tabe conſumatur.

ἐπιθέματα ψύχοντα qualia hoc.

Rec. Hordei excorticati libr. ſ. olei violacei quart. ſ. adde floris violarum & miſcum.

Caput 41.

Rec. Hordei diu cocti ℥ 4. amigd. dulcium, 4. ſeminum maiorum ana ℥ ſs. ſeminum papaueris albi ʒ ſ. fiat ſorbitio cum ſaccharo.

Rec. Vnguenti populeòn ℥ ſ. opii grana 7. miſce cum oleo roſato.

Rec. Diacodiòn cum ſacharo ℥ 2. præterea oleo violaceo & oleo de papauere, ſunt inungenda tempora, addito pauco aceto & prolue faciem ac tempora, aqua in qua decocta ſint papauerum nigri & albi capita.

Caput

Caput 44.

Maſtichen nardino liquans, lanam inde madentem ventriculo appone, Gal. 7. methodi.

Caput 45.

Adſitim. Rec. Cucumeris ſatiui ſeminis decorticati ʒ 1. tragacanthæ ʒ. ſs. eis ouorum crudorum candida adde & ſimul omnibus commixtis ſed prius contritis catapotia compone & in vmbra exſicca. Gale. 277.

περὶ συνθέσεως φαρμάκων.

Liber tertius.

In caput 1. De areis, & caluitio.

PRiusquam medicamento purgante vtaris humores si tenaces sunt, præparãdi aceto mulso cum decocto radicum apii, si bilioſi, cum syrupo acetoso & decocto Eupatorii, si melancholici cum syrupo fumariæ & aqua lupulorum bilioſi humores purgantur pilulis aggregatiuis, aut pilulis sine quibus, pituitoſi per Hieram diacolocynthidos, melancholici pilulis de fumaria vel confectione hamech.

Vel sic. Rec. Florum violarum, bugloſſæ boragnis, folliculorum senæ, epithymi, passularum, stæchados arabicæ ana ʒ ſs. fiat decoctio in sero lactis, colaturæ ʒ 4. adde myrobalanorum indorum emblicorum ana ʒ 3. & madefiant horis 12. exprimantur, & manè potio bibatur.

De capitis dolore.
caput 4.

Pro deuerſitate materiæ ſemper agendum, ſi ex plenitudine ſanguinis, vena ſecanda, ſi ex bile, humor ſic euacuandus.

Rec. Rhabarbari ℈ 1. infundatur in aqua endiuiæ per noctem colato adde electuarii e ſuccis roſarum ℈ 2. ſi humor mixtus ſit.

Rec. Caſſiæ recens extractæ ʒ 1. ex decocto prunorum, quod augeri poteſt pro re nata. Nos his pilulis vtimur.

Rec. Dialoës galeni ℈ 2. Hieræ cum agarico ℈ 1. vel Dialoes ℈ ſs. Hieræ ℈ ſs. cum ſyrupo betonicæ fiat pillulæ 5. localia hæc applicamus.

Rec. Olei violacei roſacei, ana ʒ 1. ſs. aceti ʒ 1. camphuræ ℈ 1. ſucci agreſtæ ℈ 1. aceti albi ʒ 2. aquæ roſarum vel ſucci ʒ 4. miſceantur panni his imbuti, fronti adhibentur, niſi in febre. Quando autem ex infarctis ventriculo humoribus craſſis caput dolet, ad hunc modum prius oxymelite dato, purgamus.

Rec. Rhabarbari in tenuem puluerem, redactum ℈ ſs. vel ℈ 1. ſyrupi violacei ʒ 1. miſce. vel.

Rec.

Rec. Syrupi de endiuia ʒ 1. syrupi de abſinthio ʒ ſs. aquæ cychorei, aquæ de mẽtha ana ʒ 1 ſs. poſtea ſic purgando.

Rec. Hieræ cum agarico ℈ 2. pilul. cociæ ℈. cum melle roſato fiant pilulæ 5.

Εὐπόριστον. hoc eſt.

Rec. Seminum maluæ, biſmaluæ, madeant in aceto, & miſceantur cum aqua roſacea & aceto in pannis, & Suturæ apponantur.

Rec. Betonicæ, Samſuchi, ſaluiæ, ſtæchados arabicæ, florum chamæmeli, melitoti, ana ʒ 1. fiat facculus.

Cap 5. de Cephalæa.

Epithemate. quo mulierem multos curaſſe aſſerit Paulus, ego hoc anno Equitem auratum præſtantiſſ. perſanaui, graui capitis dolore adflictum purgatione hac præmiſſa. G. P.

Rec. Polipodii ʒ 1. liquiritiæ, paſſularum ana. ſs. decoquantur.

Clyſtera hunc infundimus.

Rec. Maluæ biſmaluæ, mercurialis, ciclæ parietariæ ana. M. 1. furfuris in pãno ligati. M. 1. fiat decoctio ad libr. 1. ſs. in colatura

tura dissolue mellis rosacei, violacei, cassiæ extractæ ana ℥ 1 ss. vel catholici ℈ 6. Diaphænici ℈ 1 ss. Hieræ picræ ℈ 2. Olei ℥ 2. ss. salis parum. fiat clyster, vel ita.

Recipe Decocti mercurialis, pulegii, stechados, & cum libr. 1. ss. mellis ℥ 2. Hieræ picræ ℥ ss. salis ℈ 1, fiat enema. Gal. primum repellit oleo omphacino, deinde discutit oleo chamæmelino, anethino, aut oleo in quo serpillũ vel hyssopus decoquuntur.

Verbenaca oleo incocta curat omnem dolorem ex frigidis & crassis humoribus factum Galen. de compositione medicamentum. 2.

Facienda etiam irrigatio ex ruta viridi cũ aceto & oleo, contritis. Præterea aqua cum aceto odorata, & irrigata, & aqua rosata tracta per nares, narcoticis nunquam nisi cum magna cautela vtendum.

Τὰ μεγιςα δὲ ὠφελοῦσι, καὶ οἱ ὑπὸ τὰς ὑδριάς ὄνοι σὺν τῷ ἐλαίῳ ἑψόμενον. ςεχάδος δὲ τὴν πόαν ἑψήσας σὺν ὕδατι ἢ ὑδρομέλιτι διδουτοῖς κεφαλαλγοῦςιν
καὶ ἡμυκρανικοῖς, ὡς μόνον καὶ μεγιςον βοήθημα.

Capvt

Caput 6. de phrenitide.

Quòd in vigore ardentiſſ. febrium ex conſenſu ventriculi perturbationem & delirium oriri dicit, id olim mihi euenit, in febris ſummo feruore, καυσώδει, vt fuſius deſcripſi ſuperius cap. 29. clyſter talis ante alia iniici poteſt.

Rec. decoc. Maluarum, viol. hordei, papaueris capitum foliorum betæ, libr. 1 ſs olei violacei, vel de papauere ℥ 3. caſſiæ extractæ ℥ 1. ſs. catholici ℥ 3. fiat enema. poſtea purgato corpore vel ſecta vena. fotus hic paretur.

Rec. parietariæ M. 1. petroſelini cum radicibus M. ſs. fiat decoctio, colato adde olei ſcorpionis ℥ 2 ſs. addi poſſunt decocto ſemina appii, petroſelini, milii ſolis ana. ℥ 2. fiat fotus ſupra pectinem. Embroche talis circa caput fieri poteſt.

Rec. aquæ roſarum ℥ 8. olei roſati ℥ 4. aceti ℥ 2. imponantur panni & circa collum ſæpe mutati ponantur, ad repercutionem, demum prouocetur ſomnus, vt dictum eſt cap. 41. libr. 2. catelli ſecti in fine vigors, & declinationis adhiberi poſſunt, non ante.

Ego pulmonem arietis calfactum adoleſcenti cuidam admoui, qui bene conualuit.
Sed & fæmina bona, phrẽ. ãno 1587. me præſente & auxiliantibus duobus doctiſſi. medicis, curata eſt venæ ſectione & clyſteribus valde acribus quorum vnus dialoes ʒ 2 ſs. recipiebat.

De Lethargo. cap. 9.

Nos hoc vtimur clyſtere.

Rec. Foliorum rutæ, centaurii minoris, betonicæ an. ʒ ſs. radicum maluæ, biſmaluæ, & foliorum, radicum liliorum ana. ʒ 2. foliorum betæ, parietariæ, ana. M. 1. ſeminis maluæ, lini anethi, ana. ʒ ſs. ſeminum melonum ʒ 2 florum chamæmeli ſtechados ana. p. 1. in decocti libr. 1. diſſolue diaphænici ʒ ſs. mellis roſati ʒ 2. benedictæ ʒ ſs. vel ʒ 1. ſucco ciclæ & olei chamæmeli ana ʒ 3. ſalis gemmæ ʒ 1. fiat clyſter.

Rec. aſſæ fætidæ, Ammoniaci, galbani, ana ʒ 2. caſtorii ʒ 1 ſs. capill. hominis ʒ 3. miſce, fiat ſuffitus. Purga ad hunc modum.

Rec. Maſſæ pilul de agarico ϑ 2. pil. cociæ ϑ 1. & interdum addi poteſt caſtorii ϑ ſs. Trallianus dat potui caſtoriũ ex oxymelite.

potuit

poterit quantitas esse ferè ʒ 1. vide Tralli. cap. 14.

Adhæc fiant acerrimi aceti perfusio super laminam ferream ignitam, quæ fumos acres excitent, qui naribus admoti somnum discutiant. pubes irriganda oleo rutaceo & irino cui adiice paulum castorii.

Cap. 10. de Catocho.

Rec. Decocti furfurum, chamæmeli, boraginis, betæ, mercurialis, libr. ss. mellis rosacei ʒ 1. cassiæ ʒ 1. catholici ʒ ss. potest addi prædicto decocto, polypodii, Senæ, epithymi ana. ʒ 3. & his adiici confectionis hamech. ʒ 4. vel diasenæ tantundem, purgandum sic.

Rec. Florum lupulorum, fumariæ boraginis ana. ʒ 3. Senæ, polipod. epithymi, ana. ʒ 2. fiat decoctum, in quo dissolue cassiæ ʒ 1. aut mannæ ʒ 2. aut sacchari violacei, aut catholici ʒ ss. præmitti potest hæc potio.

Rec. Syrupi è succo boraginis ʒ 1. è fumiterra ʒ ss. aquarum betonicæ, lupulorum,

ana. ℥ 1. ſs. miſce. Nutriendi ſunt ægri cum iure pulli incocto origano, caput primum oxyrhodino, mox oleo chamæmelino cum aceto & puluere ſerpilli inungatur.

Caput 11. de memoriæ. lactura.

Clyſteribus eiſdem vtendum quæ ſuperiori capite deſcripta ſunt, purgandum autem hoc modo.

Rec. Pilul. Hieræ cum agarico ʒ 1. cum ſyrupo betonicæ fiant pilulæ 5. poſtea ad hunc.

Rec. Theriaces antiquæ ʒ 1. conſeruæ roſarum ʒ 2. miſce. Deinde capiti raſo hunc exhibe.

Rec. Florum ſtæchados ʒ 3. hyſſopi, ſamſuchi ſerpilli, thymi ana pug. ſs. betonicæ, florũ chamæmeli an. p. 1. fiat decoctiò adde caſtorii ʒ 1. aceti ℥ 1. porro vngatur occiput oleo nardino vel coſtino parentur autem ſacelli ſic.

Rec. Hyſſopi, ſamſuchi florum ſtæchados ana ʒ 1. caſtorii, nucis moſcatæ, ſpicæ, macis, ana. ℈ 1. corticum thuris, maſtiches, ligni

ni aloës, ana ℥ 1 ſs. roſarum, rub. omnium pondere æquali, confundãtur & fiant ſacculi, demum.

Rec. Maſtiches vnarum paſſarum q. ſ. addito parum gingiberis, fiat paſtilli manſiles.

Aetius.

βοηθεῖ δὲ τούτοις μειζόνως ἡ διὰ τῆς ἱερᾶς Ρούφου πάθαρσις.

Chriſtopherus a vega habet (ſi credendum eſt) admirabilem paſtillum, apud ipſum lege.

Capat 12. de Vertiginibus.

Rec. Rhabarbari ℥ 1. agarici aut hieræ picræ ſimplicis ℈ 2. fiant pil. 6. vel 7. clyſtere ſi opus fuerit, hoc iniecto. Rec. decocti ſuperius prædicti lib. 1 ſs. adde hieræ picræ galeni ℥ 7. olei amigdal. aut anethini ʒ 2. fiat clyſter. Poſtea

Rec. Hieræ ſimplicis, rhabarbari, agarici trochiſcati ana. ℥ 1 ſs. maſtiches, ſpicæ roſarum rubearum ſandalorum citrinorũ ana, gr. 7. cum ſyrupo roſato, fiant pil. 9. quarum duæ vel tres ſumantur hora ante cibum ſemel in hebdomada.

Caput

Caput 13. de elepſia.

Rec. Mellis roſati ℥ 1 ſs. ſacchari rubri ℥ ſs. Diaphænici ʒ 2. olei violacei & abſinthini ℥ 2. fiat enema. Puluis pro pueris.

Rec. Radicum pæoniæ & ſeminum eiuſdem ʒ 1. Seſeleos, aniſi, carui, ana ʒ ſs. viſci quercini ʒ 1. ſacchari candi ℥ 1. Nos aliquando dedimus puero annorum circiter 13. qui inde conualuit, hoc medicamentum.

Rec: Pilul. Hieræ cum agarico ʒ 1. cum ſyrupo betonicæ fiant pilulæ 5. Aliis dari poteſt, pulueris Hieræ ſimplices ʒ 6. agarici trochiſcati ʒ 1. cum aqua betonicæ, hyſſopi, vel ſaluiæ, ſed iis præmittimus aquæ mulſæ decoctum ex hyſſopo calaminta, ſtæchade, vuis paſſis.

Vel Rec. Aquæ decoctionis hyſſopi ℥ 3. oxymelitis ℥ 2. miſce

Ἄρτος ἡψημένος, &c. .i.

Panis coctus, tritus cum amygdalis &c. (vt habet paulus) mirum in modum laudatur ab Antonio Altomari alii ſcarificant crura, appendunt radicem pæoniæ, vt attin-

attingat os vẽtriculi, dãt lingendum mel despumatum ʒ 6. cum seminis pæoniæ ʒ. 1. ss.

Rec. Theriaces, vel mithridatii ℈ 4. dissolue in aquæ, vel succi rutæ ʒ 1: cum linteolo bacillo alligato palatum perunge. ad purgandum eitiam recipi possunt pilula cociæ.

Vel. Rec. Electuari indi ʒ 5. vel agarici ʒ 2. in aqua mulsa. Sed præmitte decoctum hoc.

Rec. Decocti hyssopi pulegii ʒ 4. aceti scillitici ʒ 1. ad masticandum.

Rec. Passularum ʒ 2. perethri ʒ ss. Betonicæ folia probantur trita cum oxymelite & epota, etiam verbena cum vino & libanotidis semen cum pipere & vino potum, cum a stomachi vitio prouenit malum hoc, sic agendum.

Rec. Hieræ picræ ℈ 2. agarici trochiscati rhabarbari elecți ana ℈ 1. masticheș, sandali citrini, macis, rosar. an. gran. 6. cum succo citri fiãt pil. Sed & hic puluis multũ laudatur a doc. maxime cũ causa est in cerebri vẽtriculis.

Rec. Staphid. agriæ, aristolochæ rotundæ, an. ʒ 5. radicis pæoniæ pirethri, rasuræ cranii humani ana. ss 4. accipe 10 dieb. huius pulue-

eris ℈ 2. cum aqua mulsa :

Denique theriace vnicè podest.

κατὰ το του ελεφάντος ῥινισμα ἐπὶ ἡμέρας. ε. η πλειο-
μας οσον κοχλιάρια. β. μετὰ του μελικράτος πινο-
μενου μεγάλως ἐπιβοηθῆ.

Cap. 14 de melancholia & mania.

Præparandus primum hic humor, sic.

Rec. Syrupi de corticibus citri, de fumiterræ ana ℥ 1. aquarum buglossæ, lupulorum ℥. 4. purg. leuiter.

Primum. Rec. Foliorum senæ ℥ ss. anisi cinanmomi ana ʒ ss. florum anthus, boraginis, violarum ana p. 1. fiat decoctio in sero, cum addiice catholici aut cassiæ ℥ ss. fiat potio vel.

Rec. Senæ electæ ʒ 6. gingiberis, cinamomi, ana. ʒ 1. florum buglossæ ʒ 2. misceãtur & fictili vitro exipiantur affusis aquæ feruentis vel seri ʒ 10. vasis osculum claudatur, & puluinari plumis anserinis infarcto, & igne calfacto imponatur Manar. secat venam quæ est inter anularem & minimum digitum, deinde sic purgat. Si pilulas sumere malunt has dato.

Rec.

Rec. Aloës, agarici rhabarbari ana ℈ ſs. pil. aggregatiuarũ ʒ· ſs. cũ ſaccharo cofice fiant pilulæ, 6 vel 7.

Rec. Senæ, polypodii, ſingulas vncias, Agarici, rhei barbarici vtrobique drachmã mediam, abſinthii cichorii que ſingulos manipulos, bulliant omnia hæc in libr. 1. aquæ donec terria pars abſumatur. & quod remanet in tres partes diuidatur quæ in tribus diëbus, adiecta ſemper mellis roſacei ʒ 1. bibantur, quarta die tres drachmæ roſacei ſaccari commedantur, adiecta ʒ· 1. lætificantis galeni, rurſus repetit eaſdem potiones triduo bibendas & 4. die eãdem mixturã dat. Rand. ſic. Rec. conſeruæ boraginis, conſeruæ roſarum ana ʒ 1. lætificantis galeni ʒ· 2. diagalanges ʒ· 1. cum ſyrupo de citro fiat conditum.

Curatio inſaniæ vt oxyrhodino, ita ſucco polygoni & aceti perficitur. vel ſic.

REC. Roſarum violarum, ſolani foliorum lactucæ ana. pugil. ſs. corticum papaueris albi drach: 2. florum chamæmeli, florum ſtæchados ʒ· 1. bulliant in aqua, qua caput irrigetur, contra nimias vigilias fiant Naſalia ex bombace intincta in opio, diſſoluta in lacte mulieris & impone. vtriq. nari.

Caput 15. de incubone.

Frictione vtendum multa, radix pæoniæ ſuſpendatur collo.

Rec. Decocti hyſſopi & paſſularum ʒ 3. oxymelitis ſcyllitici miſce ʒ 1.

Rec. Senæ bugloſſæ ana. ʒ ſs. per noctem aqua calfacta madeant, mane colatum bibatur.

Quinetiam purgandi ſunt ſic.

Rec. Agarici ʒ 1 ſs. in decocto origani, aut pilulis ſine quibus.

Caput 18. de apoplexia, vel paralyſi.

In Pituitoſa apoplexia.

Rec. Saluiæ roriſmarini maioranæ, foliorum lauri, origani calamenthes, ſtæchados, ana M. 1. bulliant in aqua decocti libr. 1. adde Hieræ picræ ʒ 1. aut Hieræ logadii ʒ. ſs. ſaccari rubri, caſſiæ ʒ 1. olei chamemælini ʒ 3. vel ſalis gemmæ ʒ ſs. clyſterium fiat. purg. ſic.

Rec. Pilul. cociæ ϑ 1. Hieræ cum agari[illegible]

ϑ 2.

℈ 2. cum ſyrupo betonicæ fiant pilul. 5.

Cuidam prouectioris ætatis dedimus pilularum Hieræ cum agarico ʒ. 1. Immo cum aqua mulſa puluis eiuſdem Hieræ cum agarico dari poteſt, Agaricum enim præcipuè hic laudatur ab omnibus, clyſter autem ſic primum paretur.

Rec. Maluæ biſmaluæ, ciclæ, parietariæ, ana. M. 1. primulæ veris (quæ eſt ſpecies verbaſſa) foliorum ruræ & centaurii minoris ana ℥ ſs. ſeminum Fæniculi, aniſi, ana ʒ. 2. fiat decoctio cum capite veruecis pinguis vel oleo. Colat. libræ vni adde mellis anthos ℥ 2 Hieræ logodii vel rufi ʒ. 2. vel archigenis, vel hieræ picræ & benedictæ ana ℥ ſs. &c. ſyrupi digerentes hí poſſunt eſſe.

Rec. Syrupi anthus ℥ 2. ſyrupi ſtæchados ℥ 4 aquarum Saluiæ, iue arthreticæ, primulæ veris, meliſſæ ana ℥ 3. pro doſibus 5.

Rec. Conſeruæ dianthus, ſtæchados, ſaluiæ, ana ℥ 1. pulueris diamoſchi ʒ. 1 ſs. mellis ſyllitici q. ſ.

Rec. Olei chamemælini ℥ 2, olei liliorum, laurini ℥ ſs. pinguedinis gallinæ & anatis ana. ℥ 1 ſs. ſucci chamæpyteos & ſaluiæ ana ℥ 1. cæræ parum, fiat vnguentum, adde aquæ vitæ modicum.

Rec.

Rec. Olei chamæmelini Vulpini ana ℥ ß. 1. ſs. vel olei de ſpica & de lumbricis terræ. Præterea ſemel in hebdomada accipiat ℥ 1. theriaces veteris vel Mithridatis.

Item. Rec. Conſeruæ iuæ, ſaluiæ anthus, ana. ℥ 1. cerebri leporis recenter aſſi ℥ ſs. cinamomi, nucis moſchatæ ana. ℥ 1. cum ſaccharo in aqua vitæ diſſoluto. fiat electuarium

Rec. Aquæ ſtillatitiæ roriſmarini vnc. 3. pirethri puluerizati grana tria. fiat potio; & eſt Bartholom. Montagnani. Vir egregius D. Had. mihi ſumma familiaritate coniunctus venit ad me ita paraliticus circiter annum 1565. vt non poſſet labris ciathum adhibere bibiturus. Hunc poſt conuenientē diætam, & leues aliquot purgationes ex hiera cum agarico factas, miſi ad balnea, quæ ſunt in ciuitate Bathe, commitante ipſum fideliſſ. quodam Archate in veris ferè fine ibi commoratus aliquot dies, rediit non omnino integrè ſanus, Elapſo hyeme, iterum atque iterum in initio veris a nobis purgatus, ad balnea ſe iterum recepit, vbi ita recuperauit valetudinem, vt poſtea reuerſus ad nos munia ſua numina obire poſſet, qui non multo poſt, mare traiecit, & manuum vſum & totius corporis integritatem recuperauit

recuperauit.

Aëtii, potio paralaticis exhibenda. Est autem pharmacum longè optimum:

Rec. Castorii, seminis rutæ agrestis, opopanacis, ana obulos duos, pirethri, acori, ana obulum vnum pipereos grana decem, cum hydromelitis cyathis duobus. Da primum dimidium, sed robusto exhibe totum.

De Conuulsionibus, Caput 19.

Præparare oportet cum syrupo stechados, postea purgandum pilulis aureis, sic.

Rec. pilul. auerarum ʒ. 1. Aut Hieræ diacolocyntidos. Posthæc accipe theriaces, vel mithridatii, ʒ. 1. cum aqua betonicæ, postremo.

Rec. Vnguenti agrippæ ʒ. 3. vel Olei Vulpini vel Cati elixi pinguedinem.

Rec. Anserem pinguẽ cuisceratũ in cuius ventre imponatur catus minutim cõcisus cũ lardone, mirrha, thure, & ventre consuto assetur, suppositio vase aceti albi semipleno dum pinguedo liquefit.

Sacculis ſic vtimur.

Rec. ſeminis lini M. ſs. furfuris frixi, florum chamemæli anthos ana p. 1. ſalis pulueriſati & caleſacti ʒ ſs. aliud parabile.

Rec. Radicis altheæ ʒ 1. ſeminis fænigræ. ʒ ſs. fiat decoctio in oleo conueniente quar. 1. iniungatur ceruix & locus affectus. Nodulus foliis lauri plenus hoc decocto illinatur.

Rec. Nucis moſchatæ, pyrethri ana ʒ 2. ſinapis piperis ana ʒ 1. & coquantur in mulſæ ʒ 4. & ex eodem fieri poſſunt caput purgia, teneant in ore acorum conditum, & gingiber conditum, Diatriôn pipereôn & pliriſarcoticum, melle deſpumato, dropace vtendum ex picis ʒ 4. olei liliorum ʒ 1. extendatur in aluta, & lanis infuſis oleo de caſtore & vulpino.

Cap. 21. de tremoribus.

Saluia decoquatur in aqua, aut ſtæchas, purgetur pituita vt ſupra, purgetur pil. cociis

aut

aut fætidis ne hierā rufi. Rand.

Rec. Conſerue acori, 1. galangæ craſſæ, conſeruæ anthos, florum ſaluiæ ana ʒ 1. cinerum cranii hominis ʒ ſs. cerebri leporis radicum damaſonii, quod aliſma græce, aquatica plantago diſcitur ana. ʒ 1. caſtorii aſphalti an. ʒ ſs pulueris diagalāges ϑ 4 ſyrupi ſtechados vel ſecacul. q. ſ. fiat opiata.

Ocularia cap. 22.

Ανώδυνον præſtans. Rec. Pomorum dulcium ſub cineribus coctorum q. ſ. fiat cataplaſma, in phlegmone frons illinendus plantaginis ſucco & oui candido, poſſunt miſceri thus, bolus armeniæ, cum roſaceo. Lac muliebre, roſaceum, ouorum vitella, mixta & oculis ſuperimpoſita, cum volumus repellere & vehementiam lenire, Pomum aſſamus & cum puluere thuris malaxatum calidum ſuperponimus. Ex papauerum capitibus in aqua coctis, & fænigræci, vel hordei farina fiat cataplaſma.

Rec. lotæ pompholygis 1. tutiæ ʒ 1. aloes non lotæ ʒ ſs. diſſolue in aqua fæniculi, eufragiæ roſarum albarum, ad coercendum influxum.

fluxum.

Rec. Micæ panis ʒ 1. macerẽtur per noctem in aquæ roſaceæ ʒ 6. diſtilletur in oculum. Cuiuſdam carnoſi iuuenis, inflammationem ſic curauimus, exteriorem venam ſecuimus, cataplaſmate ex albo oui, thure aqua roſaceo, & boli armeniæ, adhibito, & pillulis ſine quibus ʒ 1. tempore oportuno datis, interim infuſo lacte muliebri.

In μυδριάσει raro ſunt purgandi, & purgãtia leuia eſſe debent. In νυκτάλωπε poſt euacuationes factas, ſternutamenta ſic cienda.

Rec. Piperis ſtaphydis agriæ ana. ℈ 1. tuſis adde ſuccum radicum betæ.

Ad purgationem.

Rec. Scammonii ℈ ſs. aut potius pilul. lucis maiorum aut arabicarum ʒ 1. vel cociarum ℈ 2. cum agarico trochiſcato ℈ 2. ex ſucco fæniculi fiant pilulæ.

In γλαυκώματι præparatis humoribus Purga pilulis prædictis vel familiaribus.

Sic Rec. Agarici trochiſcati ℈ 2. pul. Hieræ ſimplicis ʒ ſs. trochiſchorum ex myrobalanis chebulis ℈ 1. cum ſyrupo ſtæchados fiant pilulæ Antonius ab Altomare vtitur aqua ſociali quam ipſe deſcribit fol. 233.

In

Rec. Staphidis agriæ piperis ana ℈ 2. ſynapis ℈ 1 contuſis adde ſuccum radicum betæ.

Cap. 23. auricularia.

Succus porri, aut cepæ cum melle multũ iuuat. Sed & dolor curatur oleo in quo contuſum allium imponitur, vel magna cepa oleo plena, & ſub cineribus cocta parum. In ſonitu & tinnitu, per Arundinem euaporetur abſinthium.

Rec. Seminis porri garryophillorum ana. ℈ 1. moſchi grana 5. cum rutæ vel ſamſuchi decocto.

λεύμας χρῶ. πρὰσου χυλοις καὶ ἰρίνῳ μύρῳ μιξας.

Caſtoreum, cum baccis lauri & aceto permixtum inſtillandum.

In parotidibus, curauimus virum optimũ ſecta vena & aliis medicamentis pauli, quæ hic ſunt localia.

De Narium vitiis & fluxu ſanguinis. cap. 24.

Album oui cum thure temporibus appo-

ſitum & fronti, ſuccus plantaginis & lactucæ cum aceto & aqua roſata coronali futuræ & temporibus cum ſpongiis appoſitus, bene curant, linteum vel colum atramento ſcriptorum infuſum & naribus inditum.

Rec. Boli arminiæ, terræ ſigillatæ, ſanguinis draconis ana. ℥ 2 acaciæ ℥ 1. pulueriz antur & diſſoluantur cum ſucco plantaginis & albumine oui q. ſ. fiat linimẽtũ fronti & gutturi, ſpongias vel linteamina frigida plenas circunda teſticulis.

Rec. Putaminis oui ℥ 2. gallæ immaturæ ℥ 1. tortili linteo ex aceto nari inſeritur.

De oris affectibus.

cap. 26.

Ad dentium dolorem galla trita acerrimo aceto inditur, & linteo obuoluta denti applicatur humor autem ſiſtendus ita.

Rec. Thuris ℥ 2. aloës ℥ 1. boli armeniæ ℥ 2. cum albumine oui ſubigantur & temporibus ex ea parte apponantur. In columellæ inflammatione.

Rec ſtillatiorum liquorum roſarum plantaginis oxalydis, ana ʒ 2. diamoron, ſucci medicati e ribes ʒ ſs. aceto in quo rhus maceratur ʒ 1. ſucci malorum granatorum ʒ ſs. fiat gargariſma, aliud.

Rec.

Rec. Roſarum, rubi vtriuſque M. 1. balauſtiorum, putaminis mali punici, gallarum, glandium quercinarum, ana ℥ 3. rhois, hypocriſtidis acaciæ, ana ℥ 2. ſeminis oxalidis cotoneorum ana. ℥ 1. decoquantur ad dimidias. Iuri excolato adde diamorôn ℥ 1. ſucci medicati e ribes, diacaryôn ana ℥ 2. aceti opt. ℥ 6. fiat gargariſma.

Cap. 27. de Angina.

Amicus quidam meus vir ſimplex ac timẽs Deum, cynanche correptus, & ſecari ſibi venam metuens. & ad tertiam diem differens, repente morruus eſt ſtragulatus, tardare igitur in talibus malum inquit hippocrates.

De grauedine, deſtillatione. cap. 28.

Primum vel ſanguinis emiſſione, vel purgatione agendũ. Rec. Pil. ſine quibus vel aggregatiuis ſi bilis abundat, vel decocto tamaryndorum cum electuario e ſuccis roſatũ. Iuueni catarrho laboranti ſic opem tulimus.

R. hordei paſſularum an. p 1. trium florum cordialium, liquiritiæ raſæ ana. ℥ 2. fiat decoctio, cuius expreſſi excipe ℥ 4. infunde agarici, rhabarbari ana. ℥ ſs. gingiberis ſpicæ ana. ℈ ſs. horis 10. poſtea colato adde catholici ℥ ſs. ſyrupi de infuſione roſarum ℥ ſs. fiat potio.

Rec. ſaccarum roſaceum cum bolo armeniæ.

Mane Maſtichen mandere bonum.

Mithridatii vſus laudatur, & cum aluus non reſpondet, rhabarbari ℈ 1. mandere ante prandium conducit. vel ſic.

Rec. rhabarbari ʒ· 1 ſs. agarici trochiſcati ℈ 2. macis cinamomi, ana. ℈ 1. infundantur in decocto ſenæ colati & expreſſi. Adde ſyrupi de infuſione roſarum ſolutiui ʒ 1. ſs. fiat potio.

Interdum purgandi cum hiera ſimplici ʒ· 2 caſſiæ floris ʒ 1. & poſtea.

Rec. ſyrupi de cichorea cum rhabarbaro, mellis roſacei ana ʒ 1. aquæ betonicæ ʒ 4.

R. Loch de pino, loch ſani & experti loch de ſcilla ana. ʒ· 2. ſs. diaireos ſalomonis ʒ ſs. pulueris diapenidii cum ſpeciebus ʒ· 1. pulueris radicis enulæ, iridis ana ʒ· 2. ſucci glycyrrizę ʒ· 1 ſs cum ſyrupo de praſſio. fiat eclegma.

In cauſa frigida, fiat decoctio ex hyſſopo, praſſio, fæniculo, glychirriza, capill. veneris, & dactilis, Et

Rec. olei amygdalini ʒ 1. butyri ſalis expertis & croci parum, fiat vnguentum.

De

De Orthopnæa cap. 29.

